



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

Liber XIX. Iubilæum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80513](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-80513)



R. P. ANTONII
DE ESCOBAR
ET MENDOZA,
VALLISOLETANI,

Societatis IESV,

VNIVERSÆ THEOLOGIÆ
MORALIS RECEPTIORES ABS QVE LITE
sententiae, necnon problematicæ Disceptationes.

LIBER XIX.
IVBILÆVM.

Qui volumine primo pluries de Iubilæo Problemata exposui, cùm de Bulla Crucifera Sermone gesi: quique non pauca circa eandem materiam cùm de Indulgentiis scriberem, prælibauit leui calamo hanc tractationem præstringere opera pretium duxi, nè memorare cogar, qua iam semel fuerint indicata.

SECTIO PRIMA.

De Iubilæo receptiores sine pugna sententiae.

CAPVT I.

De natura, ac origine Iubilæi.

NOMEN Iubileum Hebreis significatur quinquagesimum remissionis annum. Num. ultim. Leuit. 25. Et 2^a. Illo enim anno, exules in Escob. & Mend. Theol. Moral. T. III.

patriam, ac in pristinam libertatem recurrerant, prædia diuendenda ad antiquos possellores reverterebantur, relaxabantur delicta, serui donabantur liberate. Leuit. 15. Hinc vox, Iubilei, seu Iubilæi ad tempus græcæ, significandum transtulit Isaías cap. 6. Ceterum deriuata est, ad significandam remissionem, que primum anno centesimo, postmodum quinquagesimo, tandem vigesimo quinto concessa est Roma inuisitibus Apostolorum Petri, & Pauli limina:

A &

Escobar
Theol. Mor.
Tom. III. LV
F. IV.

2 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

& ex hac significatione cunctis aliis plenariis remissionibus Iubilai vox accommodatur.

2 A tempore Apostolorum Petri, & Pauli vñs Iubilai incepit, adeo antiquis eius vñs reputamus eius ut. Henr. de Indulg. c. 15. n. 6. Nauat. notab. 26. vñs. num. 1.

3 Incertum autem est, quinam fuerit primus Incertum est, Pontifex, qui in scriptis Iubileum concesserit. quinam Pon- Quia Bonifacius VIII. qui anno 1294. floruit. tifex primus Iubileum centesimum renouavit, ut colligatur scriptis tabu- leum expedit. ex Extranaq. Antiquorum, de penitentia, & re- missione, ut tradit. Nauat. notab. 7. n. 4. Caiet. tract. 15. cap. 1. Henr. lib. 7. cap. 4. lit. H. Ideo que ante Bonifacium iam concessum fuerat. Imd & scriptis mandatum. Quia Alexander III. qui anno 1162. fere centum viginti annos ante Bonifacium floruit, Bullam expediuit, in qua Compostellanæ Ecclesie Iubileum, instar Romani, concedit, refertque, Calixtum secundum, Eugenium, & Anastasius Pontifices idem concessisse. Testis oculatus af- firmo.

4 Porro inter Iubileum, & Indulgientiam eam differentiam assigno, quod Iubileum ultra plenariis Indulgientiam, aliquas continet facultates, non absoluendi à resveratis, non dispensandi vota, relaxandique iuramenta, & similia. Suar. d. 50. s. 1. numer. 2. Nauat. notab. 8. & 10. Corda. quest. 11.

Hic monerim, publicantes Indulgencias Causa procedendum in publica:ime Indulgenciam plenariam euulgent. Ansan enim fortasse fidelibus exhiberent credendi ve- tenui Iubileum cum facultate absoluendi à resveratis esse concessum: Suar. d. 50. s. 1. numer. 8.

CAPVT II.

De Iubileo Romano.

6 **B**ONIFACIUS VIII. centesimo quo- que anno Romanum Iubileum obti- neri posse concessit in Extrau. Ami- sit concessum. Qualiter Ro- manu Iubileu Omnes peccatorum, de penit. & remis. At Clemens VI. in Extrau. Unigenitus, eodem ritulo, ad quinque- narium reduxit. Quam formam Urbanus VI. Martinus V. & Nicolaus V. approbarunt. Postmodum Paulus II. quem imitatus est Sextus IV. in Extrau. Quemadmodum, de penit. & remis. ansum vigintum quintum reduxit, sive reliqui Pontifices confirmaverunt praecepit Gregorius Decimus tertius in sua Consta- quoniam. tuit Dominus, ac Redemptor noster. Congruentias, vero eiusmodi reductionum in prefatis Extra- pagantibus annotabis. Lege Nauat. notab. 32. & seq. ad verbam referentes & expenden- tem Gregor. Constitutionem.

Porro Iubilei huiusmodi fauores recensentur: Huiusce Iu- Omnes peccatorum plenissima Indulgencia, bilii fauores, absoluendi à resveratis, commutandi vota, ac componendi super malè ablatis incertis illici- re contraetu acquisitis facultas. Nam licet expensis facultas huiusmodi in prefatis Bullis non habeatur expressè: colligitur tamen satis ex suspitione, quæ habetur in Extrau. Quemadmodum, ubi suspenduntur facultates com-

mutandi vota, aut super eis dispensandi: nec non super iniquè ablatis componendi, aut ea quomodolibet remittendi: itemque deputandi confessores cum potestate absoluendi a resveratis. Quæ quidem non suspenderentur, nisi per Iubileum essent concessæ, & illius consecratione obstant. Idque vñs Romanæ confirmat Ecclesiæ Communis sic.

Opus verò quod iniungitur uti necessaria ad consequendum Iubileum conditio, est visita- Opus quod in- tio Basilice Apostolorum per dies trigesima, sine iungitur, & continuo sue interpolatos, si Romani, aut in- ali Iubilei huic fauore. colae fuerint; si autem forenses, seu peregrini per quindecim. Caetur tamen in hisce Basilice (& est fauoris specialis,) non impedit ab huius Iubilai consecratione qui post iter incepsum impeditus fuerit Romam adire, vel in ea exitens Ecclesiam Apostolorum inuisere. Demum, ne fideles à tanta gratia consequenda detineantur: omnes aliae Indulgentiae, & facultates, quæ consequacionem huius Iubilai re- tardare possunt, suspenduntur. Cæterum circa fauores hoc in Iubilæo concessos nihil adnotari; nam ex Lib. praecedenti constat, quemadmodum Indulgientia plenissima omnium peccatorum continet remissionem. At qualiter potest communandi vota, aut super eis dispensandi, componendi malè ablata, absoluendi à resveratis, intelligatur, ex Romanæ Cutie vñs petendum.

Opus itaque iniustum vberius expendo, Romani seu incole Basilicas Apostolorum De iniunctio Petri & Pauli, & Sancti Ioannis Lateranen- opere ex Gre- sis, & Sanctæ MARIAE Maioris Ecclesias se- gory præcri- mel in die per trigesima dies continuos, vel pte. interpolatos deuotè, & reverenter visitante, ac pro ipso sum, totiusque populi Christia- ni salute pias ad Deum preces profundant. Præcum formam Pontifex non describit, ideoque cuiusvis voluntati, ac deuotioni remittitur. At forenses ac peregrini quindecim visitationibus solummodo allegantur. Sic Gregorius Decimus tertius in sua Bulla ex- prescit. Vnde constat, amplius ab eo re- quisitum, quam à Bonifacio Octavo, Cle- mente Septimo, & Sixto Quarto fuerat. Ab illis enim solummodo visitatio Basilice Apo- stolorum præcripta erat: ab hoc autem visita- tio Ecclesiarum Sanctæ MARIAE, ac Sancti Ioannis adiicitur: & insuper ut in singulis pte preces ad Dominum profundantur ad minus semel in die.

Nam faris facit hinc obligacioni, qui nam ex præfatis Ecclesiis aliquo die iniustum omittit. Debet quatinus. Si die sequenti eam bis inuisat? Minime; die Ecclesie illa visitari, quia expressa Bullæ conditio est quotidiana il- la Ecclesiariam visitatio. Nauat. notab. 32. n. 4. 1.

Quinam Romanorum nomine intelligi- tur? Non quidem qui domicilium propriè Quinam no- minis Romanorum intel- ligendam, sed illi qui ad longumtempus, nempe per annum, Romæ commoran- tur, esto animus non habeant, inibi percep- manendi, imò potius voluntarem recedendi ge- rant. Nauat. notab. 32. n. 4. 6.

Quinam verò Forensium appellatione desig- nantur? Forenses seu peregrini, qui licet à Ro- Quinam Fo- mā originari sint, ibi tamen ad breve tempus veniunt ap- habent, sunt vocitandi. Quia exigua illa apud Urbem commoratio non est sufficiens, vt quis Romanus dici possit, prudentis arbitrio. Roma

Sectio I. De Iubilæo receptiones sentent. 3

13 Romani, igitur verè pœnitentes & confessi per
quæ trinitatis prefatas quatuor Ecclesiæ fœmel in die: &
aduenia seu peregrini per quindecim, plenissi-
mam consequuntur indulgentiam. Quid si
iterum, & iterum hoc opus iniunctum reper-
atur? Terties fœmæ eandem indulgentiam illi
consequuntur. Nauar. notab. 32. num. 46. Et ex
Bullis euidenter constat.

14 Verum non qualibet Indulgentia, sed solum
indulgentia plenaria, (etiam ad instar Iubilæi concessa à
fidei Apostolica, vel illius auctoritate) suspen-
duntur. Constat ex Extrauag. Quemadmodum,
& ex Bulla Gregorij Decimierti que incipit,
Lyoniensim sanctis Iubilæi, quam ad verbum refert
Nauar. notab. 33. Igitur omnes indulgentias
plenarias præter eas que Roma obtinentur, sus-
penduntur; omnes, inquam, Indulgentias plena-
rias in favorem viuorum concessæ. Quia hæ ob-
stante possunt Iubilæi concessionis. Secus vero
plenarias Indulgentias, qua per modum suffra-
gij possunt vita functis applicari. Quia ha-
rum consecratio Iubilæi consecrationem mini-
mè retardat. Laym. lib. 5. tract. 7. cap. vlt. in prin-
cipio.

15 Attamen ab hac generali exceptione Com-
postellani Iubileum excipitur ex Breui quo-
dam Sixti V. dato Romæ die 15. Aprilis anno
1589, qui in Ecclesia Compostellana habetur.

16 Suspenduntur præterea omnes facultates &
indulta quacunque, causa querendæ indulgen-
tiae plenariae concessæ: quia repudiant illa-
tentum, quorum fit mentio in Extrauag. Quem-
admodum. Scilicet facultas eligendi Confessa-
rii indulgentiarum cum potestate absoluendi a reseratis, Cen-
suri, & alii pœnis, commutandi vota, vel in eis
dipendandi, remittendi, seu compendiendi male
ablatæ. Quia hæ frequenter concedi assolent
gratia Iubilæi consequendi, & moraliter nefes-
tia sunt ad illius commodam consecrationem.
Castro Pal. tom. 4. tractat. 24. p. 12. §. 1. num-
9.

17 Vnde facultates eligendi Confessarii abs-
que illa facultate absoluendi a reseratis non
sunt: nō suspenduntur. Neque item quæ cum illa qua-
litudine? tate habentur, modo non sint à Pontifice, vel eius
auctoritate concessæ: sed concessæ sint Episco-
pis, aliisque Prelatis auctoritate Ordinaria uten-
ribus. Nec suspenduntur facultates remittendi,
vel compendiendi, si male ablatæ non sint. Nec alia facultates, & indulta edendi oua ac
laetificia tempore Quadragesima, celebrandi
in Altari portatili extra Ecclesiæ, vel tempore
interdicti, & similia. Nauar. notab. 28. per to-
tum.



CAPVT III.

De Compostellano Iubileio.

18 N^o millelmo, centesimo, septuaginto nono, septimo Kalendas Iulij Alexander Tertius Pontifex ma-
ximus Bullam expediuit, quæ incipit,
Regis eterni, in qua primum refert, Calixtum
Secundum suum predecessorum concessisse om-
Escob. & Mend. Theol. Moral. T. III.

nibus Christi fidelib. & singulis sexus viriisque
verè pœnitentibus & confessis Ecclesiæ S. Ia-
cobi in Compostella inuisitibus, in anno, quo
festum Apostoli in Dominica acciderit, à Cir-
cuncisionis vigilia ac per integrum illum annum
vñque ad diem eiusdem Circuncisionis & per
totum diem in fine illius anni, in diebus, quibus
magis eis placuerit, visitare: Ut omnes, & lingua-
las peccatorum indulgentias, & remissiones
etiam plenarias, quas visitantes Ecclesiæ & Ba-
silicas Vrbis & extra Vrbem Römæ anno Iubilæi
confequebantur, cum facultate deputandi Con-
fessores, qui ad dictam Ecclesiæ pro conse-
quendâ indulgentiâ eiusmodi confluentes etiam
in casibus Apostolicae sedi reseruatis absoluissent:
ac etiam eisdem Christi fidelibus in eisdem
S. Iacobi, & Translatione corporis sui ac dedi-
cationis eiusdem Ecclesiæ festiuntatibus, Eccle-
siæ præfatam à primis Vesperis vñque ad se-
condas, & per totum diem inclusu deuotè vi-
sitribus annuatim, vt plenariam indulgentiam
omnium peccatorum suorum, de quibus corde
contriti, & ore confessi fuerint, consequerentur
perpetuis futuris temporibus duraturam conce-
ssione.

19 Ipse adiicit Alexander. Nos igitur ad hoc pre-
decessorum nostrorum S. mem. eiudem Calixti Pa-
pa, ac Eugenij & Anastasiij vestigis inherentes, ad concessio-
nem omnipotentiæ Dei, totiusque Religionis primi-
Christianæ augmentum, qui ipsius gloriosum Apo-
stolum ad eius Ecclesiæ Compostellanam hisus-
modi denotionis causa de diversis mundi partibus,
dimissis parentibus, amicis, liberis, patria, ac
alii temporalibus bonis, per mare terraque
continuè confluent, in numero copioso: quique
animarum salutem supremis desideramus affe-
ctibus, & dignis volumis honoribus frequentari:
& vt ipsi Christi fides in eadem se recognos-
cant Ecclesia Christi munieribus refectos, de Om-
nipotentiæ Dei misericordiâ, ac Beatorum Petri
& Pauli Apostolorum, eius auctoritate confisi-
omnes, & singulas predictas Indulgentias, & In-
bileum ipsum eodem modo, quo Romana Ecclesiæ
habet, etiam se latens Compostellana Ecclesiæ
pro singulari Beati Iacobi denotione tenere, an-
no videlicet, quo, vt preferetur, festum dilti Apo-
stoli Iacobi in Dominica venerit, & per totum an-
num integrum, ut præmititur; necnon in die-
bus illis, scilicet S. Iacobi, & translatione corpo-
ris sui, & dedicationis eiusdem Ecclesiæ plena-
riam indulgentiam annuatim consequantur, vi-
tantes predictam Ecclesiæ, vt preferor. Au-
thoritate Apostolica, & ex certa scientia appro-
bamus, roboramus, & communimus, ac perpetua fir-
mitatis robur tenere in perpetuo decernimus: &
insuper illas de novo eisdem modo & forma, in
omnibus, & per omnia, ut supra concessum fuit,
concedimus, & indulgemus, & perpetuas volumis
futuris temporibus duraturas: non obstantibus
constitutionibus, & ordinacionibus Aposto-
licis.

20 Extenore Iubilæi colligo primò commoran-
tes Compostellæ posse sicut adiendas Iubileum
lucrari. Quia generaliter dicitur: Omnibus, &
singulis virisque sexu fidelibus. Et quia hoc Iu-
bilæum concessum est ad Romani similitudinem
quod quidem non solum exteris, sed & incolæ
lucrantur. Absconson enim rationi est, vt incole
spirituali fructu priuarentur, quo exteris fruun-
tur.

A 2 Coll.

FASCOBAR
Theol. Mor.
Tom. III. IV.

ET IV

4 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

- 21 Colligo secundò, cùm festum D. Iacobi incidit in Dominicam, & Iubilæum toto anno durat, incolas non teneri per dies trigesima Ecclesiam inuisere, sed semel solummodo. Quia neque Calixtus, neque Alexander illam trigesimam, seu quindecimam visitationem postulauit: sed solam visitationem, quæ necessariò de una vice debet intelligi.
- 22 Pater tertii dicit, peregrinos morte in itinere pertinentes, & Religiosos perpetuam clausuram obtant Ecclesiæ seruitantes non posse Iubilæum lucrari. Quia non Apostoli, non exequuntur opus iniunctum, nempè Basilicæ D. Iacobi visitationem. Scio, Iubilæum Romanum præfatis impeditis concedi: At id siue fauor specialis à Clemente Quarto & ab aliis successoribus expressus, cuius Alexander III. non meminit.
- 23 Elio quartò, Iubilæum Compostellatum non suspendere, sicut Romanum, gratias, & facultates. Quia hæc suspensio non fuit annexa Romano Iubilæo tempore, quo Compostellanus concessus fuit: neque Compostellanus Romano est similis nisi in indulgentiis, ac facultatibus, non in restitutio[n]ibus.
- 24 Constat quintò, hoc Iubilæum eodem anno plures obtineri posse. Quia particula, *In diebus quibus ei placuerit* fatus indicat. Cum enim non dixerit Alexander, *In die sed in diebus*, tacite innuit, plurius diebus obtineri Indulgenter posse.
- 25 Lique sextò, potestatem absoluendi à reseruatis exigendi ad reseruata Episcopis, ac Religiosis absoluendi à renum Prælatis, nisi noua concepcion fuerit limitativa, extata. Quia Alexander concedit facultatem renditur ad eligeendi Confessarium, qui absoluat à casibus reseruatis. Et etiam Apostolica sedi referuntur. Ergo à potestatis alii Prælati poterit quis absoluiri.
- CAPVT IV.
- De duarum hebdomadarum
Iubilæo.
- 26 **A**SSOLET Pontifex cum Ecclesiæ aliquaque graui persecutione vrgetur committere iis qui processionibus ab Ordinario indicatis assistunt, vel Ecclesiæ, ant Ecclesiam ab ipso designatam inuiserint ibique preces pro fidei exaltatione, excipiente harclun, Principiumque Christicolarum pace deuotè profuderint, sacramque Eucharistiam aliquia die ex duabus assignatis hebdomadis suscepint, eleemosynamque pro cuiusque deuotione erogauerint. Necnon ieunauerint feria quarta, sexta, & Sabbatho vnius ex duabus hebdomadis, indulventiam plenariam, sicut in anno sancto Romani Iubilæi. At si aliquis ob infirmitatem valetudinem, professionem, aliamvè causam non poterit prefata executi, conceditur Confessario facultas. Omnia, ac lingua in opus piuum, proibi visum fuerit, commutandi. Cui quidem Confessario ab Ordinario approbato delegatus potestas absoluendi ab omnibus Censuris, & penitentiis iure vel ab homine in foro conscientie, & à quiescumque criminibus quantum in graib[us], etiam in Bulla Cœnæ expref-
- sis. Necnon quilibet vota excepto voto Castitatis & Religionis, commutandi.
- 27 Vt lucrari valeas hoc Iubilæum, necessarium tibi processione interesse, vel Ecclesiam, seu Ecclesiæ designatas inuisere, & preces deuotæ pro augmentatione fidei, heresum extirpatione, ius lucratio-Christicolarumque Principum concordia pro-nem, Ecclesia inuisenda.
- 28 Eleemosyna gerenda est, non qualem exigit tuus status (etsi id præstantius sit) sed qualem tua dictaverit deuotio. Sa vers. *Indulgentia, nu-*
mero 4. *Eleemosyna.*
- 29 Feriā quatrā, sextā, ac Sabbatho iejunio debet operam dare licet adolescentis, vel si, vel sene-
timo danda ète gravis. Quia hoc non est præceptum, sed opera.
- 30 Sufficit iejunium alias debitum. Quia id ob-tinuit confundere, cum sèpè videamus, hoc Iu-bilæum in Quatuor temporum hebdomadæ, & mihi aut com-muni-
Sufficit iejunio alias debitum. *die recipi-*
Quadragesima publicari. Idem dixerim de munere alias Communione Patchali, Henr. lib. 7. cap. 10. debita.
num. 5. Comit. lib. 1. quest. moral. quest. 38.
Laym. lib. 5. tract. 7. cap. 8. dub. 6. num. 13.
- 31 Teneris sacram Synaxim recipere primâ ex tribus quindecim diecum Dominicâ, vel alio *sacra recipi-*
die sequentis hebdomadæ. Non est autem ne-
cessarius, Communionem reliquis inunctis præmittere, sed potes præmittere, vel postponere pro libito. Mihil placet, consutius esse præmittere, ut ex fructu per Communionem acquisi-tare reliqua opera digniora existant. Scio tam-en, aliis placere magis, Communionem postponendam, ut reliqua opera indicta ad sacram Communionem disponant, qua suscepta securius Indulgencia obtineatur.
- 32 Sufficit, ultimum inunctum opus in gratia fieri. Attamen consutius curabis, ut liber à sufficit, ultime peccato lethali omnia inuncta ex equaris ope-
num opus in-
ra. Vndē si mortali te onerant fentias, Con-gratis fieri,
*fessionem præmitte, quam non solum post Iu-
Con-sutius, Con-
bilæum indictum, sed antè illius indictionem fectionem.
*vno vel altero die potes iuxta receptam confutudinem; neque teneris postmodum Confessionem repetere, si in mortale non incidas. Laym. tract. 7. c. 8. dub. 1. n. 6.**
- 33 Poteris Iubilæi tempore commutare vota in eam materiam, quam ipse, vel alius vir potest fieri doctus postmodum iudicauerit expedire. Quia commutatio eo cafu commutatio intrâ tempus Iubilæi effec-tori, referat-
do defensione
nem natura subrogat in parti-ulari, & exp̄s non determinare. Visuald. alia tempus, part. 3. cap. 14. num. 40. Graff. Sair. & alij, quos sequitur Sanch. lib. 4. de voto. cap. 54. num. 51.
- 34 Si manifestata sunt vota Iubilæi tempore, dilatata est commutatio, ob causam nem-
si tempore
pè vt Confessarius maturius consideret, &c. Iubilæi vota postmodum fieri potest. Quia ea petitione, & manifes-tetur, & communiorum manifestatione causa est inchoata, & io diffatur iurisdictio obtenta, quam poterit Confessarius ex causa, postmodio tempore exercere: Sust. tom. 2, modum fieri de Religione trattatu de voto. lib. 6. cap. 16.
- 35 Facta commutatione, votum extinguitur, nec reuiuiscit. Licet postmodum Iubilæum non faciat vni lucrovis. Quia potuit confessarius votum com-mutatione, votum extin-gutare ea conditione, ut commutatio vim obtinet, peractis his operibus, quæ in Iubilæo præ-potest Iubilæi scri non lucerū.

6 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

SECTIO SECUNDA.

De Iubilæo, Problemata.

CAPUT V.

Circa Iubilæum Romanum.

PROBL. I.

Per reuocationem in Iubilæo Romano expressam suspenduntur, & non suspenduntur Indulgentia ac facultates Bullæ Cruciatæ.

53
Suffundan-
tur.

AN ex præfata reuocatione in Bulla Iubilæi Romani expressa suffundantur Indulgentia plenaria, & facultates commutandi vota & componendi incerta male ablata, absoluendi que à reseruatis in Bulla Cruciatæ concessæ, quælibet? suspenduntur quidem. Quia esto concessa hæc in remunerationem, vel ob causam onerosam, pretiöque aliquo interueniente, regulariter tolli non possum: rectè tamen auferuntur, causâ iustâ interueniente, etiam non redditio pretio. Sed in præsenti non tollit Pontifex Indulgentias, & facultates prædictas, sed suspendit: quod longè minus est. Ergo potest id præstare, hæc causâ iustissimâ intercedente, scilicet ut Romanum Iubilatum maiori cum audiatur, deuotio, fideliumque concursu possit obtinari. Quod autem de facto id præsterit Pontifex, indicat illa verba: *Omnia indulta quovismodo, quibus vè causis, & quomodoque concessa.* Quæ comprehendere videntur concessa per contractum, & in remunerationem. Sic Nauar. notab. 28.n.7. & alii.

54
Non suspen-
duntur.

Minimè suspenduntur. Quia ad eorum suspensionem non videatur sufficere clausula illa generalis, sed necessariò exprimi deberet modus concessionis per contractum, vel in remunerationem. Ita Cast. Pal. tr. de legib. d. 4. pun. vlt. §. 2. n. 3.

55
Idem existi-
mbo.

Semper credidi, indulta concessa à Pontificibus, in remunerationem, vel ob causam onerosam, pretiöque aliquo interueniente: tolli non possit regulariter. At si ex plenitudine porestatis ob aliquam gravissimam causam aliquando tolluntur: neccellarium esse, expressam fieri huiusmodi indultorum deberi mentionem. Vnde mei Ferdinandi à Castro sententiae libenter adhæreo.

PROBL. II.

Per reuocationem Iubilæi Romani suspenduntur, & non suspenduntur facultates absoluendi, ac dispensandi Religiosis concessæ.

56
Vertitur in quæstionem, nūm facultas absoluendi à reseruatis & commutandi vota Re-

ligiosis concessa virtute Romani Iubilæi suspensa sit, suspenditur planè. Quia huiusmodi facultas velest personis particularibus concessa, vel communicati Religioforum. At reuocatio illa est omnium facultatum à Sede Apostolica concessarum tum singularibus personis, tum communitatibus, ac piis locis. Sic Nauar. de Indulgenc. not. 2. 8.

Non suspenduntur huiusmodi facultates. Quia hæc facultas licet singulis Religiosis concedatur Non suffundantur. & in maximum Ecclesiæ bonum. Non igitur censeri debet ex generali illa clausula reuocata. Ita Sanchez lib. 4. de voto, cap. 54. Henriquez lib. 7. c. 28. n. 7. & probabile reputat Nauarrus citatus.

Existimo, eam facultatem Religiosis concessam haud censeri reuocatam per clausulam genera- 58 Consenserit. lem nisi illius expressa mentio fiat.

PROBL. III.

Indulgentia, & facultates sic per Iubilæum Romanum suffunduntur, vt indigeant, & non indigeant postmodum non à concessione, vt vim habeant, Iubilæo transacto.

Indulgentia plenaria, ac facultates anno Iubilæi suffulsa indigent nouâ confirmatione, vt transacto anno Iubilæi profint. Quia, vt constat ex Bulla Gregorij XIII. suspensio fit ad beneplacitum Pontificis: ergo quovisque ipse Pontifex moriat, vel voluntatem mutet, suspensio perseverat. Sic Nauar. notab. 18. à n. 27. & notab. 33. in fine. Zetola vi. Annus sanctus. §. Ad tertium. Rodrig. in Bull. §. 10. dub. 6.

Indulgentia plenaria, ac facultates anno Iubilæi suffulsa, non indigent nouâ confirmatione, vt anno transacto: sed solo durante Iubilæi anno suffunduntur. Quia sic ferri praxis, vsque receptus publicandi indulgentias finito anno absque illa Pontificis reuocatione: quod tamen non gerent vici docti, ac Religiosi, si credentes, suspensionem perseverare. Ita Laym. lib. 5. tratt. 7. c. 8. n. 2. Palauus tom. 4. tratt. 2. 4. d. unica. pun. 1. 2. n. 12.

His hære. Nam si spectem Bullam ultimam suspensionis, quam Urbanus VIII. anno 1625. edidit, rem video indubitate, cum ex sum. prefè dixerit: Durante anno. At si euoluant Bullam Gregorij, & Extraugantem, Quemadmodum, fatis probabilitate id coniectarim ex eo, quod Sixtus IV. qui fuit auctor huius suspensionis in Extraugante, Epis. Dominici, edita ab ipso quinque annis post suspensionem factam, supponit plurimos, tum singulares personas, tum communitates habere facultates absoluendi à reseruatis, illisque viri, & Indulgentias plenarias querendi: siquidem eas facultates restringit: quod fieri non posset,

Sectio II. De Iubilæo, Problemata. 7

si omnes Indulgentiae ac facultates à Sexto, sedé-
que Apostolica concessæ, suspensæ perpetuò
sufficiunt. Denique Gregorius XIII. præcipiens,
ne alias Indulgentiae publicentur aut in usum de-
mandentur, addidit adverbium, *Interim*, quod
manifestè indicat, prohibitionem solo anno Iubilæi
durante, illo transfacto finiri, postquam In-
dulgentias, sicut ante annum Iubilæi, publi-
cat.

PROBL. IV.

Tenetur, & non tenetur Vxor obediere Ma-
rito Romanum adeunti, & sibi præcipienti,
ut comes sit peregrinationis.

62 **T**enetur quidem. Quia causa iusta lucra-
tions Iubilæi cum obedientia coniugis eam
viderit adstringere. cap. unaquaque 13, quæst. 2.
dicitur: *Vnaguique mulier sequatur virum suum,*
sive in vita, sive in morte.

63 **M**inimè tenetur. Quia grauissimum onus est
adstringi mulierem ad hoc iter mille difficultati-
bus, ac periculis specialiter feminæ exundans.
Non debet autem vxor obediere cum tanto in-
commodo coniugi impetranti. Sic Sanch. lib. 1,
de Mar. d. 41 n. 8. in casu simili.

64 **C**um distinctione respondendum reor, si longum
futurum sit peregrinationis iter, & conse-
quenter aliquibus non levibus laboribus, ac dif-
ficultatibus expostum, non tenebitur vxor virum
suum comitari: secus si breve, & non adeò diffi-
cile. Imò licet brevis sit peregrinatio, si adhuc
est difficillima vxori, ob infirmitatem, ob prædo-
nes, &c. non tenetur ei præcipienti obediere: *lege*
Sotum in 4. dist. 5. quæst. vnic. art. 1. ad 2. Rogas,
quantum debet domicilium uxoris à Roma di-
stare, ut dicatur longa esse peregrinatio? Arbitrio
prudentis relinqu. At non dubitatum, quadra-
ginta, imò triginta leucas debili femeino sexui
longam constitutere peregrinationem.

PROBL. V.

Expedit, & non expedit, ut Regularis Pre-
latus concedat suis Monachis licentiam
pergendi in eodem anno Iubilai.

65 **C**VM nullo modo concedatur Religiosis li-
centia petendi Romanum Iubilæi anno à Pon-
tifice, necessariò depent illam à suis Prælati adi-
pisci. Quasiterim, an expedit, quod præfata fa-
cultas concedatur? Expedit quidem. Tum pro-
per indulgentiam maximam, quam Religiosus
lucrabitur. Tum quia *Actus peregrinandi* (lo-
quor cum Glotta citanda) compatitur secum omni-
na illa, que sunt essentia Religioni: & idèo
cum virumque Religio & peregrinatio maius bo-
num sit, quām alterum tantum, scilicet observan-
tia Religionis tantum, &c. Sic Glotta in Extra-
rag. Antiquorum de pan. & remiss.

66 Non expedit, ut hac licentia concedatur.
Non expedit. Qui hac peregrinatio potius in spirituale detri-
mentum, quam in emolumentum Religiorum
erit. Ideo D. Hieron. in Epist. *Summa stultitia*
est, renunciare facili, dimittere patriam, & Mo-
nachum profiteri, & inter maiores populus vivere
pregre. Nec Indulgentiae plures quam plena-

giæ Regulatibus deerunt, cum concessæ Religio-
nibus non suspendantur, & has intra claustra exi-
stentes lucrai poterunt. Ita Quintanad. tom. 1.
ApPEND. tract. 8.

Idem affirmo. At si unus vel alter Religio-
sus ætate maturus, & virtute conspicuus hanc *Idem affirmo*
licentiam magna ex deuotione peteret, præfer- *generatum*
tim cum non longè distaret Monasterium ab
Urbe, ei concedendam existimatim: nisi alij ex
hoc ansam arriperent ad petendum, vel aliud sin-
gulare apparerer incommode, quod superio-
rum prudentia relinquo.

PROBL. VI.

Hoc Iubileum incipit, & non incipit à
peruigilio Nativitatis Domini
inclusuè.

67 **S**IC Urbanus VIII. Cum nuper sancti Iubilei
celebrationem à vigilia Nativitatis Domini incipit à die
nostræ Iesu Christi anni proximi venturi inchoan- *Nativitatis*
dam, & usque ad finem eiusdem anni duraturam, *non à peru-*
igilio, num in ipso peruigilio Nativitatis hoc
Iubileum valcat obtineri? Obtineri non potest.
Quia dictiones illæ *A* vel *Ab* regulariter exclu-
dunt, & denotant terminum, à quo, utpote sua-
pè natura exclusuè, ac separatiuè, ut docent.
Titaqel, Gratian, Sigismund. & alij, quos cum
decisionibus etiam Rotæ citat August. Barboſa
dict. 1. mun. 1.

Potest Iubileum hoc ipso Nativitatis peruigi-
lio obtineri. Quia haec etiam dictiones: *Si ma-*
teria subiecta postulauerit, vel natura contractus, *A peruigilio*
aut mens disponentium, aut fauor, seu odium per-
suadeant, vel ut evenerit absurdum, vel corrictio-
stabunt inclusuè. Sic loquitur Barboſa, *num. 2.*
& docent Tuschus tom. 2. lit. D, conclus. 238 m. 7.
& alij Iurisprudentes. Quod locum habet præ-
cipue in re fauorabili. Quintanadue. tom. 1.
ApPEND. tract. 8. & alij.

Circa hoc mihi dubium non est, cum fauor *70*
sit non exiguis huius Iubilæi concessio. Vnde *Hoc mihi est*
A vigilia Nativitatis intelligo inclusuè: sicutum
cū dicitur in aliis Iubilais: *A primis Vesperis*
tempus vesperarum etiam includitur.

PROBL. VII.

Potest, & non potest obtineri hoc Iubileum
totu[m] peruigiliu[m] Nativitatis die.

68 **A** NIUXTA formulam hanc: *A vigilia Nati-*
vitatis incipit Anni Sancti Iubilæum al-
integro Vigilia die, an à primis Vesperis? *Incl-*
timeri die *potest tota ob-*
loquendi usus, iuxta quam sub vigilie Nativi-
tatis nomine immediatus inceperit dies ante Nati-
vitatem comprehenditur, tam quodad ieiunium,
quam quod officium Ecclesiasticum, quod à
Matutinis incipit, & in Missa celebratione, cele-
quisque horis usq[ue] ad Nonam occupatur, ut
asserit Raban. lib. 2. de inst. cler. Et quia fa-
uorabilius erit, ut à dimidia nocte illius diei inci-
piat, quam quod à vesperis Nativitatis, seu à
vespertina illius diei hora. Hoc probabile alia
quibus doctis viris satis videtur.

A 4 Non

EISCOBAR
Theolog. Mon.
Tom III. IV.

ET IV.

8 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

72 Non incipit ab integro peruvigili die, sed à Vespere, quæ in eo decantantur. Quia in hac obineri tota Vesperatum hora, porta Basilice D. Petri solemnitatem aperitur: & à tempore aperiens Iubilæum incipere, nulli est dubium, ut afferit Nauat. notab. 24. n. 2. & Zerol. V. *Annus Sanctus.*

73 *Hoc mihi præbasiliæ.* Huic hære sententia, pro qua militant omnes ferè huiusmodi Iubilæorum formulæ. Pausus 11. *Omnibus viris que sexus Christi fidelibus, qui anno Domini 1455 incipiendo à prima Vesperiis Vigile Natuitatis Domini 1454.* Idem ex primu Alexander VI. pro Iubilæo anni 1500. Clemens VII. pro anno 1525. & Gregor. XIII. 1575. At si ambigas, cur incipiāt ab hoc portus Natuitatis festo die 24. Decembris, quam à festo Circumcisio, quod dies est totius anni primus? Rēpondeo, antiquum esse morem Romanæ Ecclesiæ, à die Natuitatis Domini 25. Decembris annum computare, & hunc eodiu inchoari, ut secundum suppurationem 10. Interpretum ex Euſebij Chronicō probat Baronius in Matryol. 25. Decembris. Itaque à Vesperiis Vigilia Natuitatis instituitur Anni Sancti Iubilæum, & in sequenti anni eadem Vigilia in primis Natuitatis Vesperiis terminatur. Ea tamen differentia, quod Vespera initio anni dicuntur post aperiendum portæ: unde iam ab eatum initio ceptus est Iubilæus: at in fine dicuntur, ante quam porta claudatur. Unde perdurat annus vñque ad Vesperatum finem. Legē Filliuc. trah. 8. de satisfac. c. 10. n. 250. & Nauat. notab. 32. & 24.

P R O B L . VIII.

Rome suspenduntur, & non suspenduntur omnes aliae Indulgencie, durante
Annis Sancti Iubilao.

74 *Suspenduntur.* Spenduntur quidem. Quia generalis indulgentiarum suspensionis clausula Vrbem minime excludit. In Bulla Urbani VIII. §. 2. dicitur: *Vbius locorum, & genium aliae Indulgencie, quam predelli Iubilæi non publicentur, aut in usum mandentur.* Dicitio, *Vbius locorum & gentium*, cum idem sit, ac *Vbicunque, ubique, seu Quolibet in loco, est vniuersalitatem, & omnia loca comprehendit.* Ut in cap. *Ad honorem, de usu pally notant Tuschus tom. 2. lit. D. oncl. 3. quæst. 1. Vulpel. dicit. vbi, sol. 126.* Ergo Romanum exceptum, ergo in ea indulgentie suspenduntur ad maiorem huius Iubilæi celebratatem.

75 *Non Suspenduntur.* Minime suspenduntur. Quia cum legis mens, & finis attendendi potius sint, quam verba ex lege scire, ff. de legibus, l. *Non aliter de legis:* finis autem, & mens huius suspensionis sint, quod omnes extra Vrbem degentes omnibus indulgentiis priuati, Romanum confluant, haud credentes Pontificem Indulgencias obtinendas in Urbe. Romana hoc Anno suspendere: præterea cum magis fiduciam alicantur Romanum accedere pro his insuper consequendis simul cum Iubilæo. Ita Nauat. notab. 33. num. 4. Filliuc. trah. 8. cap. 10. num. 251.

76 *Consentio.* Consentio addiderim Pontifices quosdam hanc indulgentias non cessare, expressissime, Gregorius XIII. sic: *Indulgencias Basilarum, & alias ram Ecclesiæ Urbis nibiloninus in suo robore duraturis.* At dictio *Vbius gentium accommodanda est que, sunque loci extra Romanam, in qua*

solemnior fiet celebratio Iubilæi, si non solum ipsum, sed alia omnes Indulgencias ab incolis, & exteris obtineantur. Ceterum exultimo, non solum obtineti has Indulgencias, quæ sunt concessæ in omnibus Ecclesiæ, Basiliæ, Oratoriis, & aliis locis piis intra Romæ muros contentis; sed quæ in suburbis, vicis, pagis, praedijs, & aliis locis Romæ subiacentibus, & quæ sub Urbi appellazione comprehenduntur. Idem denique de facultatibus absoluendi afferendum puto.

P R O B L . IX.

Indulgencie non plenarie, & ab Ecclesiæ Prælatis concessæ, seu concedenda suspenduntur, & non suspenduntur, hoc Anno.

Sex aliorum Pontificum mente generatim lo. *Suspenduntur.* Statuit itaque suspensi *Omnes, & singulas Indulgencias etiam perpetuas.* Sic nonnulli viri docti. Ideo Anton. Quintanad. *dub. 13.* solum probabilem contrariam sententiam applicat.

Non suspenduntur. Quia idem Urbanus ait; *Multorum Romanorum Pontificum prædecessorum Non suspensio exemplo adductum, hanc facere suspensionem.* At prædecessores, præcipue Sixtus IV. & Gregor. XIII. indulgentias plenarias solummodo suspenderunt. *Suspendimus (ait Sixtus) omnes & singulas plenarias indulgentias, etiam ad instar Iubilæi.* *Suspendimus (inquit Gregorius) omnes, & quascumque indulgentias plenarias, etiam ad instar Iubilæi.* Expressius Clemens VIII. in Iubilæo anni 1600. ait: *Omnes & singulas indulgentias plenarias, etiam perpetuas, & peccatorum remissiones, &c. Suspendimus.* Ita Zerola praxi 5. *Annus Sanctus* §. 30. Filliuc. trah. 8. cap. 10. num. 251.

Idem putarim afferendum, credens verba adeò vniuersaliter loquenta minime obstare. *Quia haec quamvis generalia, restringuntur ad habilitas, ut ex lege ut gradus immensus de munere, & honorib. 1. C. de sacro, Eccles. docent Menoch. de adipisci, posse, remed. 4. num. 7. 55. Sardus deo. 112. num. 2. Franc. Molin. de ritu capit. lib. 3. quæst. 8. 5. num. 6. 1.* Habiles autem aut propriæ indulgentias, de quibus in præfatis sunt solum plenariae, ut pote ab aliis Pontificibus suspensa: & quæ si non suspendentur, profectionem ad Vrbem præpedient.

P R O B L . X.

Suspenduntur, & non suspenduntur Sancti Annii Iubilæo Indulgencia, que viuis conceduntur cum facultate, ut eas pro defunctis valeant applicare.

Certum mihi, per hoc Iubilæum non suspenduntur indulgentias vilas pro solis defunctis di. *Hoc anno haec festa, & absolute concessas.* Quia Urbanus VIII. *Indulgencia ait: Basilicas, & Ecclesiæ prædictas quo maxime suspen-* tur. *fieri poterit concursu, durante eodem Iubilao, visitantes, & frequentes: Ergo cum hanc visitationem*

Sectio II. De Iubilao, Problemata.

9

nem exequendi, omnino incapaces sint purgationi anime, in illis cessat finis, seu ratio legis, ac proinde ipsa lex. Difficultas igitur est de iis, quae viuis conceduntur cum facultate, ut eas valde pro defunctis applicare: cuiusmodi sunt Indulgencia concessa granis, imaginibus, coronis, crucibus, numismatis benedictis a Clemente VIII. ad instantiam Patrum Societatis nostrae Peruanorum: & a Paulo V. ad instantiam Patrum Societatis in sua Congregatione generali 5. & a Gregorio XV. ad instantiam Procuratorum Canonizationis SS. Ignatii, Xaverii, Nerij, Isidori, & Therese, & similes, in quantum summi ratio hæc verba habent: *Las sobre dichas Indulgencias se pueden tambien aplicar por las animas de los fieles defunctos, por modo de suffragio.* Itaque Indulgencia concessa viuis cum facultate, ut pro defunctis possint applicari, hoc Anno suspenduntur. Quia huiusmodi Indulgencia conceduntur directe & immediate viventibus, qui quidem possunt cuncta prescripta gerere, scilicet Ecclesiasticis inimicis, &c. Ergo suspensione in illa includuntur indulgentiae eiusmodi viuis concessæ. Hoc probable viri docti putant.

81 Indulgencia haec non suspenduntur quoad viua factus. Quia eodem modo concluduntur a Pontifice, & applicantur a fidelibus haec indulgentia, sive illis competente cum hac facultate eas applicandi pro defunctis, siue si pro defunctis tantum sint concessæ. Ratio est, quia de omnibus his indulgentiis per modum suffragij (id est, auxilij, & adiutorij Ecclesiastici applicati) solum defuncto concessis, vel de applicandis illi licet viuo concessis, quæ verificatur, quod D. Thomas ait 4. dist. 45. q. 2. art. 3. quæst. nuc. 2. Non directe, & principaliter, sed tantum secundario, & indirecte defunctis conceduntur. Ergo quoad hanc suspensionem eadem est virtusque Indulgentialia ratio, non in quantum viuis concessa, sed in quantum pro defunctis applicanda. Ita Conimachus dist. 12. dub. 10. Suar. disputation. 24. sect. 3. num. 12.

82 Hoc mihi certum, quia applicatio per modum suffragij, quam concedunt Pontifices in relatis indultis, idem est ac concessio pro defunctis; quia (ut ex Suario notat Eminentissimus Lugo d. 27. de penit. sect. 7. num. 66.) *Nunquam conceditur indulgentia per modum suffragij pro viuis, quia vius est subditus, & capax absolutionis, cuius defunctus non est capax.*

P R Q B L. XI.

Per hoc Iubileum suspenduntur, & non suspenduntur facultates, quam habent Regulares ex vi suorum priuilegiorum, ad absoluendum faculares à casibus sedi Apostolicae reseruatis.

83 *Suspenduntur facultates huiusmodi.* Quia absolute id suspensionis clausula prescribit. Omnes, & singulas indulgentias: ac etiam committendi vota, aut super his, ac male ablatis incertis, aut per usurariam prauitatem, vel alius illicitem modum extortis, dispensandi Confessores cum potestate absolvendi à casibus Sedi Apostolicae reservata suspenderimus. Et Gregor. XIII. *Suspendimus omnes, & eascumque indulgentias plenarias etiam ad instar Iubilæi, & earum causâ facultates, con-*

cessiones, & indulta quacumque. Et quia Clemens VIII. & Urbanus VIII. in suspensionibus Bullæ non addunt verba illa: *Indulgenciarum causa,* ex quibus ansam arripiunt opposita sententiae assertores, ut existimunt, solummodo eas facultates suspendi, quæ indulgentia Romana possent obstatulum adiungere. Sic viri non infame morte in manuscriptis. Et Rodrig. Bull. §. 2. dub. 6.

Huiusmodi facultates minimè suspenduntur. 84 Quia in hac suspensione intentio Pontificis *Non suspendit, suspendere facultates absoluendi indulta, suntur haec faciliatates.* in Bullæ sit, suspendere facultates absoluendi indulta, suntur haec faciliatates: quia Regulatibus ad absoluendum competunt, non hinc concessæ intuimus indulgentiarum, sed ob alias causas: ne scilicet Religiosi confingenterentur, vel Romanum Pontificem, vel Episcopos pro hac facultate consequenda adire, eorumque palatia frequentare: & ne fidelibus difficultis esset hæc absolutio. Ita Nauar. notab. 33. Enriq. lib. 5. cap. 28. num. 7. Villalob. tract. 27. claus. 12. Filiuc. tract. 8. cap. 10. Sanch. lib. 4. summ. cap. 54. num. 26. Lugo d. 20. sect. 8. de pœn. 145.

Etiiamsi in suspensionibus Bullæ non adderentur verba illa: *Indulgenciarum causa,* sicut non *Hoc enim, &* sunt addita in Bullis Clementis VIII. & Urbani exponere VIII. (in Bullis Sixti & Gregorij proculdubio adiunguntur) adhuc candem explicationem admitteret suspensiō, eandemque mentem his, & aliis Pontificibus fuisse credo. In cuius elucidationem de sapientissimi nostri Lugo Sententiam d. 20. de pœn. sect. 8. num. 145. Magis [air] dubitari poterat, attenta Bulla Clementis VIII. Anno Sancto 1600. in qua illa verba: (*Indulgenciarum causa*) omisa fuerant. Sed idem Pontifex interrogatus dixit, candem fuisse intentiōnem suam, & ad tollendum dubium, addita fuit iterum eadem Bulla, additis eisdem verbis. Denique anno 2625. in Bulla SS. D. N. Vrbanii VIII. omisa fuerunt eadem verba forte, quia ex Bulla Clementis VIII. transcripta fuit illa clausula. Quare cum iterum de hoc dubitaretur: ego dixi, non fuisse reuocatam Regulatum facultatem: Primo, quia Urbanus ibi dicit, se qui exemplum prædecessorum in illa reuocatione: cum ergo Prædecessores non reuocassent omnes facultates, sed concessas causâ indulgentiarum, d'his solis intelligendum est. Secundò, quia postea imponit præceptum, nec excommunicationem, nisi contra publicantes alias, Indulgencias: ergo de illis solis agebat. Denique postea idem sanctissimus interrogatus hoc ipsum respondit, & dixit, hanc scilicet fuisse suam intentionem. Quæ de hoc non fuit amplius dubitatum. Hactenus Cardinalis.

CAP VIT

10 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

PROBL. XIII.

CAPVT VI.

Circa Iubilæum Compostellanum.

PROBL. XII.

Potestas absoluendi à reseruatis per hoc Iubilæum concessa extenditur, & non extenditur ad contenta in Bullâ Cœna.

86
Non exten-
ditur.



Non extenditur. Quia huiusmodi casus habent specialem gravitatem, ac reseruationem, ob quam non comprehenduntur sub generali concessione alicui facta absoluendi à reseruatis. Sedi Apostolica: sed requiritur specialis, & expetilla horum casum mentio. Sic *Sar. de cens. dist. 7. scil. 5. num. 11. Rodr. in addit. ad Bull. § 9. num. 64.* Et confirmari efficaciter potest ex Extrau. *Etsi Dominici, 1. & 2. de paup. & remis.* vbi expressè dicitur, in generali concessione casuum reseruatorum non intelligi casus Bullâ Cœna.

87 Extenditur quidem. Quia casus Bullâ Cœna multos post annos à concessione Iubilæi Compostellani fuere reseruati. Nam primus, qui in Bibliotheca Vaticana reperitur hosce causus reseruasse, fuit Gregor. XI. qui floruit circa annum 1370. At Iubilæum Compostellanum concessum fuit, ab Alexandro III. & à Calixto & Anastasio eius antecessoribus. Quod cum ita celebrerimus fieri, non est presumendum, Pontificem restrinxisse. Quod maximè verisimile appareat, cum omnis lex, statutum, & dispositio semper futuros casus, & non præteritos respiciat, nisi præteritorum specialem & expressam faciat mentionem ex textu in leg. leges, & constitutiones Cod. de legibus. ibi: Leges, & constitutiones futuri certum est dare formam negotiis, non ad facta præterita renovari, nisi nominatum, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis causa sit. Ergo constitutio & lex disponens, ne sub generali concessione casuum reseruatorum comprehendantur causus Bullâ Cœnae intelligi non debet de concessione facta in Iubilæo Compostellano, quæ prior fuit, cum illius expressam non gesserit mentionem. Ita Castro Pal. tom. 4. tr. 24. d. viii. p. 12. n. 9.

88 Lubenter huic hæteo sententiæ, haud præsumens hanc fieri reseruationem illis, qui tanto labore Basiliacum D. Iacobi ex remotissimis orbis partibus inservient, accidunt. Non tamen hinc inferas, posse virtute huius Iubilæi crimine heresi absolvui; crimen enim heresit ita est execrabilis, ut nunquam fierit sub generali reseruorum casuum concessione contentum, vt afferit Naud. cap. 27. num. 275. Sar. de cens. dist. 5. num. 12.

Præter potestatem absoluendi à reseruatis concedit, & non concedit Iubilæum Compostellanum commutandi vota facultatem.

89 Non concedit. Quia esto in Romano Iubilæo post Extrauagantem *Antiquorum*, & *Quemadmodum* hac facultas concessa censeatur: *tempore autem, quo Compostellanum concessum fuit, non constat, concessam fuisse. Quin in ex Bulla Alexandri Tertii colligitur, eo tempore nullam potestatem commutandi vota concessam esse Romano Iubilæo: siquidem affirmans, se concedere Compostellana Ecclesiæ omnes, & singulas indulgentias, & Iubilæum ipsius eodem modo & formâ, quo Romana Ecclesia haberet, solùm meminit potestatis absoluendi à reseruatis, sub qua dispensatio, & commutatio votorum minime continetur. Ergo signum est, hanc potestatē in Romano Iubilæo tunc non viguisse, sicut nec vigebat facultas componendi, seu remittendi incerta malè ablata. Quod vero postmodum haec facultates Romano Iubilæo additæ fuit, non probat, Compostellano addi. Quia Compostellanum concilium est ad instar Romani tunc existentis, sed non futuri. Sic Castro Pal. tom. 4. tr. 24. dist. vni. part. 10. §. 2. num. 11.*

90 Concedit planè. Quia est instar Romani, in quo conceditur potestas, vota omnia commutandi, excepto voto Ierosolymitano, Castritatis, & Religionis, teste Glossa magna in Extrauag. *Antiquorum* proprie finem de paup. & remis. Præterea Iubilæum sua ex natura continet potestatem commutandi vota, sicut & absoluendi à reseruatis, & ratione harum potestatum distinguuntur ab Indulgencia, vt afferit Graffis lib. 5. c. 15. num. 29.

91 Satis probabilem hanc sententiam putarim, sed probabiliorem primam esse crediderim. *Prima hæteo sententia.*

CAPVT VII.

Circa duarum hebdomadarum Iubilæum.

PROBL. XIV.

Potes, & non potes, bis hoc Iubilæum obtinere.

92 **N**on tantum semel, sed bis posteris hoc Iubilæum obtinere, si opera iniuncta bis potest, vnâ & alterâ hebdomadâ, obtinere. Quia beneficium Principis latè est interpretandum, quantum verba patiuntur. At verba, quibus hoc Iubilæum conceditur, hanc admittit interpretationem, siquidem conceditur Indulgentia omnibus illis, qui præfata opera in vnâ & duali hebdomadis gesserint. Ergo si hebdomadâ secundâ ea opera repetas, ea præfatas in yna & duabus hebdomadis. Igitur consequens indulgen-

Sectio II. De Iubilæo, Problemata. 11

indulgentiam. Sic Henr. lib. 6. de penit. cap. 16. num. 3. & lib. 7. de indulg. cap. 11. num. 1. R. dig. tom. 2. f. 184. n. 14.

⁹³ Non potes hoc Iubilæum bis lucrari. Quia indulgentia per limitato, breuique tempore concessa, cuam si in definitè concedatur, non potest sepius obtineri; nam ea determinatio temporis indicat Pontificis voluntatem, eam semel tantum concedendi. Ita Suar. de penit. tom. 4. dif. 57. sect. 1. num. 7. Laym. tract. 7. cap. 8. n. 8. Bonac. d. 5. q. 7. p. 5. §. 2. num. 17. Sanch. lib. 4. de voto 6. §. 4. num. 30.

⁹⁴ Hoc probabilis credo, ex formâ concessionis colligens hanc huius Pontificis mentem. Non enim inquit Pontifex: obtinebat indulgentiam, qui in vñā, & alterâ hebdomadâ opera in iunctâ praeficeret; neque absoluat, ac indefinitè dixit: Obtineat indulgentiam in illis duabus hebdomadiis; sed exp̄s̄ ait: Obtineat indulgentiam, qui primâ hebdomadâ post publicationem, vel in sequenti post ilam. Quæ disiunctiuâ manifeste indicat, in vñā tantum hebdomadâ obtineri posse. Et paulo inferius addit: Hac vice tantum. Igitur non plures Pontifex, sed semel tantum indulgentiam concedere intendit.

PROBL. XV.

Obtento Iubilæo in primâ hebdomadâ, à casibus reseruatis, si forte incideris, potes, & non potes in secundâ absolu.

⁹⁵ Non potes absolu: Quia potesta absoluendi à reseruatis concedit ratione Indulgentie, conseq̄uēt, qui finis compatatione tui cessat, cum iam Indulgentiam obtinueris. Sic Suar. tom. 4. d. 57. sect. 1. num. 7. Laym. tract. 7. cap. 8. numero 8. Bonac. d. 5. quæst. 7. part. 5. §. 2. numero 17. Sanch. lib. 4. de voto cap. 64. num. 8.

⁹⁶ Petes quidem absolu. Quia huius facultatis concessio independens est ab Indulgentiae concessione, & si occasione illius facta fuerit. Nam esto indulgentie concessio nulla sit ob defectum causa: concessio tamen facultatum valida est. Non ergo ex eo, quod Indulgentiam querere nequas iterum, infundetur est, prædictis facultatibus etiæ vti. non posse. Ita Reginald. lib. 8. n. 6. Graft. de Indulg. cap. 5. n. 32. Rodrig. tom. 2. f. 184. n. 14. Henr. lib. 7. c. 11.

⁹⁷ Cum his opinor, motus, non ex eo, quod Indulgentia iterum querari non possit, si supponamus verè acquisitam esse; sed ex eo quod haec facultas etiæ occasione Indulgentiae concedatur, pro toto eo tempore, quo Iubilæum à populo Christiano obtinere potest, videtur concidi. Neque expedit, hanc facultatem adstringi ad singularem cuiusque modum procedendi in Indulgentiae consecutione. Alijs neque in ea eandem hebdomadam post finita opera iuncta absolu possit, ab aliquo casu reseruato, si hoc in illum incideris: quod ipse Thomas Sanch. non concedit: & sicut ipse affirmat, patrum totius hebdomadae reputandum est tempus pro consecutione Iubilæi in ordine ad absolutionem à reseruatis, tametsi breuiori tempore obtinentur sit.

PROBL. XVI.

Obtentâ absolutione à reseruatis teneris, & non teneris sub graui culpâ Iubilæum querere.

⁹⁸ **Q**ui obtinet à peccatis reseruatis absolutionem ex Iubilæi facultate, sub graui piaculo tenetur obtinendo Iubilæo operam dare: Quia Iubilæum quæ hoc beneficium ei videtur dari sub eo pacto, & revera obligatione, ut Iubilæum consequatur: alijas ut quid propositum consequendi Iubilæum requiritur esset? Sic Suar. tom. 4. d. 31. sect. 4. num. 5. & tom. 2. de Relig. lib. 6. c. 16. n. 11.

Non tenetur sub piaculo graui Iubilæum querere, qui proposito lucrandi præmisso absolvutus est à reseruatis: Quia optime concedi potest ea absolutione habenti propositum lucrandi Iubilæum: tametsi pactum, & obligationem de illius consecutione non faciat. Iubilæum autem huiusmodi obligationem non indicit. Ergo imponenda non est. Ita Sanch. lib. 1. de Marim. dif. 43. cap. 9. & lib. 8. d. 15. n. 24. & lib. 4. de voto cap. 5. num. 54.

Mibi magis hæc contentia arridet, quia nullum firmum adstienda huicse obligationis ^{Hoc probabilitum.} fundamentum inuenio.

PROBL. XVII.

Omnia opera pro consecutione huius Iubilæi præscripta debent, & non debent eadem hebdomadâ præstari.

⁹⁹ **O**mnia opera, in eadem sunt hebdomadâ exerenda. Quia liberalis donatio non subficit, nisi impletatur conditio, sub qua fit; leg. ^{Debet in} f. 1. eadem hebdomadâ. Tertio decem. leg. Et generaliter ff. de madagari. donat. At Pontifex videtur concedere Iubilæum sub ea conditione, ut omnia opera præscripta in eadem gerantur hebdomadâ: inquit enim, *Quæ processioni interfuerint, vel Ecclesiæ designatas visitauerint, & feriâ quartâ, sextâ, & Sabbatho alterius ex duabus hebdomadis ieunauerint, pariterque sui peccata confessi & à Sanctissimâ Communione refesti fuerint, eleemosynâmque tribuerint.* &c. In quibus verbis Pontifex exp̄s̄ posulat, omnia ieunia in alterâ ex duabus hebdomadibus geri. Ergo contra Pontificis intentionem, ac conditionem requisitam procederet, qui ea ieunia in vñâque hebdomadâ præstaret, sicut sea præstaret feriâ secundâ, tertiâ, & quintâ. At reliqua opera prædictis ieuniis iniungi debent, vt satis indicat adverbium illud, *Pariter.* Ergo omnia in eadem hebdomadâ sunt exequenda. Sic Henr. lib. 7. c. 1. num. 2. Sancarel. l. de Iubil. c. 7. dub. 1. & ali.

¹⁰⁰ Non sunt necessarij gerenda omnia præscripta opera, ad Iubilæi consecutionem, eadem in hebdomadâ: sed poterit quis partim in vñâ, ^{Non debent} par. necessarij ⁱⁿ hebdomadâ, sed poterit quis partim in alterâ præstare. Quia loquens Pontifex de eadem gerit modo, quo Romani obrinerunt Iubilæum dōbent, qui norma est cæteris locis extra Vibem: nullatenus adstringit, vt in eadem hebdomadâ haec opera omnia præstentur: quinimò permittit, vt ieunia hiant in eadem hebdomadâ, in quâ iufiuntur Ecclesiæ, vel in sequenti. Item permittit, Communione, quæ est opus ex iunctis præci-

EISCOBAR
Theof Mor.
Tom. III. IV.

ELV

12 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

præcipuum, in sequentem Dominicam, vel in aliquam diem ex duabus hebdomadis differri, uti constat ex Bullâ. Deinde qui in qualibet ex duabus hebdomadis opera iniuncta gerit, verum est, in vna ex duabus hebdomadis exequi, tametsi non omnia in eâdem exequatur. Ita Bonac. de indulg. d. 6. q. 1. p. 5. num. 34. Layman. lib. 5. tr. 7. c. 8. dub. 4.

103 Prima sententia, ut securiorem consulo, secundam vero reputo vetiorum. Quia cum haec interpretatio sit favorabilis, nec Dei cultum diminuat, & consecrationem Iubilæi possit iuvare, præsumo, Pontificis intentionem illi esse conformem.

PROBL. XVIII.

Ad obtainendum Iubileum tenetur, & non tenetur confiteri, qui peccati lethali conscientiam non habet.

104 Teneatur quidem: Quia licet lucraturus Iubileum piacula grauius conscientia non saequare. Sacramentum tamen paenitentia opus Deo gratissimum, quod quidem aptius disponit animum ad Indulgentiam recipiendam. Et quia Pontifex aperie hoc opus paenitentiae, seu confessionis in Bulla praescribit. Sic Sanch. de Mar. lib. 8. d. 15. num. 19. Diana 1. part. tract. 11. resolut. 107. Homob. de casib. referu. c. 5. obseru. 5. Rodrig. in summ. cap. 18. 4. num. 12. Granad. contr. 12. tract. 5. d. 4. num. 6.

105 Non est necessaria Sacramentalis Confessio, ad lucrandum Iubileum, si quis peccata lethalia non habeat: Quia Ecclesia non astoler præcipere Confessio, nisi de mortalibus; & ideo Confessio absolute accepta sumenda est pro confessione de lethali piaculo. Ita Filluc. tract. 8. cap. 6. num. 145. Henr. lib. 7. cap. 12. n. 2. Lugo d. 27. num. 100. Trul. in Bul. libr. 1. §. 1. dub. 5. num. 9.

106 Consentiens, existimo, Pontificem præscribentem in Iubileis Confessionem, supponitur loqui, nempe si lucraturus indiger Confessio.

PROBL. XIX.

Intra tempus à Iubilexo præscriptum confiteris, sed ante hebdomadæ finem, in quo debet obtineri Indulgentia, incidit in lethale: Teneris, & non teneris, iterum confiteri.

107 Confiteri iterum teneris: Quia ex vi forma Iubilæi requiritur confessio omnium mortaliū, quæque ad tempus Indulgentia commissa sunt: nam talis Confessio refertur ad Indulgentiam, & ideo comprehendit totum tempus usque ad prædictum terminum, & consequenter omnia etiam peccata intra illud tempus commissa; non ergo sufficit prior Confessio, quia non fuit de omnibus peccatis modo explicato. Sic Suar. tom. 4. d. 5. §. 3. num. 7. Filluc. tract. 8. cap. 6. num. 187. Boſſ. sect. 4. casu 19. §. 2. num. 22.

108 Haed teneris, iterum confiteri, sed sufficit, tunc

elicer contritionis actum ad lucrandam Indulgentiam. Quia in Iubilæi solū exigitur vnica Confessio. Ita Granad. contr. 12. tr. 5. d. 4. num. 2. Ptaſ. in 3. p. 9. 14. de indulg. dub. 10. n. 84. Nugn. in addit. q. 13. a. 3. dub. 4. Lugo d. 27. n. 101.

Consentens existimo, contritionem sufficere; quia per Confessionem semel factam implita est conditionis in formâ Iubilæi præscripta.

PROBL. XX.

Facit quis intra hebdomadam Confessionem Sacrilegam. Sufficit, & non sufficit, ante hebdomadæ finem Contritionem elicere ad Indulgentiam lucrandam.

Sufficit quidem elicere Contritionem: Quia per Confessionem licet sacrilegè factam iam implera est forma præscriptionis, & non est necessarium, vt quis sit in statu gratia toto tempore, quo singula opera gerit; sed sufficit, vt in ultimo instanti, in quo ultimum opus perficitur, sit in gratia. Sic Henr. lib. 7. cap. 9. num. 5. Diana part. 3. tract. 4. resolut. 148. Faſt. de Iubil. lib. 4. quaſt. 46.

Non sufficit, elicere Contritionem, sed noua Confessio est necessaria: Quia in concessione Non sufficit. Indulgentia expresa est portulata Confessio, & re vera sacrilegissime confessus non est, eo quod fuit nulla Confessio. Ita Suar. d. 52. feſt. 3. n. 6. Lugo d. 27. n. 103. Sanctarel. Zanard. apud Dian. citatur.

Profecto quoies ad Iubileum lucrandum præscribitur actualis Confessio, necessaria est Idem opin. Confessio valida, ex qua verum Sacramentum perficiatur; quia nomine Confessionis torum Sacramentum significatur. Non autem est idem de Confessione informi, si alioquin valida sit, nam cum illa sit vera Confessio, sufficit ad hunc effectum, dummodo postea, eo nimis tempore, quo effectus Iubilæi obtinendus est, homo iam sit gratia restitutus vel per contritionem, vel per aliud Sacramentum.

PROBL. XXI.

Ad lucrandum Iubileum, sufficit, & non sufficit Dominicâ sequenti post transactam hebdomadam confiteri.

Non sufficit: Quia fertur, Clementem VIII. facere, & vigore sui Iubilæi non posse penitentem absoluī à referatis die Dominicō. Unde exprimatur quoad hanc facultatem mediā nocte Sabbathi. Concessit tamen paenitentia S. Petri, vt absoluerint etiam die Dominicō. Itaque de rigore textus Confessio debet fieri ante diem Dominicū, dicitur enim: *Intra hoc tempus prima seculæ, vel secunda hebdomada confessantur; & Dominicâ primâ, vel secundâ sumunt Eucaristiam.* Sic Filluc. tract. 8. cap. 10. num. 272. Portel. v. Indulgentia 2. num. 6. Alphonſ. de Leon. & alij, quos refert Diana part. 2. tract. 15. resolut. 2. 8.

Sufficit plenè, Confessionem geri Dominicâ sequenti post hebdomadam exactam. Quia in sufficit, dultum

Sectio II. De Iubilæo, Problemata. 13

dulcum est, posse cādem die Dominicā communiceare & confiteri. Nam Confessio communione comitur. Ita Henrīq. lib.7. cap.10.n.8. Reginald. lib.3. cap. vlt. num. 17.3. Rodrig. §. 2. dub.5. Bonac. d.6. quæst.2. part.5. num. 34. Sà v. indulgentia, 19. Nauar. notab. 19. n.19.

Hanc sententiam probabiliorē puto, dum manifeste de Clementis præfata responsione non constituerit.

PROBL. XXI.

Ad obtinendum Iubileum, sufficit, & non sufficit, confiteri ipsa die Dominicæ, qua solet promulgari.

116 **N**on sufficit. Quia ad nullam ex duabus assignatis hebdomadis dies ille pertinet. Sic Ioannem de Salas respondisse, assertit Cardinalis de Lugo d. 27. n. 107.

117 **S**ufficit quidem. Quia id praxis testatur. Si quidem ipsa die Dominicā, quā Iubileum promulgatur, virtute illius Confessarij absque vlo scrupulo à referatis absolvuntur. Ita Filliuc. tract. 8. cap. 10. num. 27. 2. & Lugo citatus. Nauar. de orat. num. 132.

118 **C**um his opinor mei Magistri Ioannis de Salas venia. Nam premisā die illo Confessione reliqua prescripta opera vilius expendentur.

PROBL. XXII.

Tempore Iubilei quis per aliquam imponentiam Physicam, seu moralem confiteri non potest, sed opera reliqua prescrip- tia gerens communione contritus se re- ficit: Hic lucrat, & non lucratur Iu- bileum.

119 **I**ncitat quidem. Quia ex pia Pontificis mente præsumi debet tali in casu contritione sufficere. Sic Laym. lib.5. tract.7. cap.6.n.7. Reginald. lib.7.c.vl. num. 172. Henrīq. lib.7.c.10. num. 6. lit. N. Nauar. notab. 18. n. 14.

120 **N**on lucrat. Quia non impleret quæ in Iubile- laco præscribuntur. Nec recurrentum ad præsumptam Pontificis voluntatem, in claris enim conceditur non indigemus. Ita Suar. tom. 4. d. 5. fct. 3. num. 6. Filiuc. tom. 1. tract. 8. c. 6. n. 146. Alphonſus Leo de Iubil. p. 1. n. 69. Franciscus Leo in Thesaur. p. 1. c. 7. n. 26.

121 **E**go quidem libenter hæcerem sententiae pri- mæ, tatus, in casu Iubilei Confessionem non præcipi ranquam actum, ob quem Iubileum conceditur, sed vt securiore dispositionem ad indulgentiam lucrandam: & dum Confessio Sacramentalis est impossibilis, omnino esse præsumendum de pia Pontificis voluntate, & recurrentum ad contritionem actum. Ast cum eruditissimo amico meo Antonino Diana part. 5. tr. 12. resol. 29. existim, hunc non esse casum, vt quis lethali piaciolo infectus valeat absque preuis scandali periculum. Vnde probabiliorē acun- dam judicio esse sententiam,

Escob. & Mend. Theol. Moral. T. III.

PROBL. XXIV.

Religiosi Iubilei tempore possunt, & non possunt eligere Confessarium non approbatum ab Episcopo, sed à Regulari Praelato.

Non possunt eligere Confessarium approba- 122 tum à solo Regulari Praelato. Quia hæc est conditio in Iubileo expressa, apè quidem. Nam Non possunt eligere. Pontifex potuit animaduertere Confessarios stria- tori calculo examinari, ac approbari consuecere ab Ordinariis locorum, quam à Regulari superiori: ideoque eis potius voluit hoc Pontificium munus adiudicare. Sic Fagund. prec. 2. lib.7. cap. 2. num. 12. Henrīq. lib.6.c.6.n.4. q. K. Suar. tom. 4. d. 28. fct. 6. num. 11. Faust. de Iubil. lib.4. quæst. 88.

Possunt Confessarium eligere à solo Regula- 123 ri Præposito approbatum. Quia quando Bulla Possunt eligere. Jubilæi dicit: *Sacerdos sit ab Ordinario approba- gera*, verba illa *Ab Ordinario intelligenda sunt*, secundūm expositionem accommodavit nomine Ordinarij intelligatur Episcopus, si de approbatione Confessarij pro secularium confessarioribus audiendis agatur, si vero agatur de Confessario pro audiendis Regularium confessarioribus, Praelatus iporum sit intelligendus. Ita Ze- tola, Sorbus, Coriol. Sanctare, quos citat, ac sequitur Alphonſus de Leon de Iubil. par. 2m. 22. & id satis esse probabile, ac tutum docet Boss. de Iubil. fct. 3. casu 3. num. 10. Imò posse etiam nouitios huic menti accommodari, assertit Lan. de la Cruz de statu Religion. libr. 1. capite 6. concil. 2.

Ego quidem negatiuam sequor sententiam, 124 quando in Bullâ Iubilæi dicitur, confendum distingue- esse cum Confessario approbato ab Ordinario dum res- loci; affirmatum vero, quando in Bulla tan- tum dicitur, approbatum ab Ordinario esse eli- gendum. Tunc enim aptè accommoda illa ex- positio procedit.

PROBL. XXV.

Iubilei tempore possunt, & non possunt Religiosi sine sui Superioris licentiâ, ad Confessarios approbatos extra suum Or- dinem accurrere.

Non possunt, nisi in Bullâ Iubilæi clausula 125 derogatoria suorum priuilegiorum conti- Non possunt. neatur. Quia alias viget priuilegium Religio- ni indultum, quo prohibetur Religiosi extra Ordinem Saecordotem in Confessarium eligere ad referuata. Sic Filliuc. Polachus, Molphel. quos citat Bossius de Iubil. fct. 3. casu 4. nu- mero 17.

Possunt plenè, eti in Iubileo non contineantur clausula derogatoria priuilegiorum: dum possunt. modo in Bulla adiut generalis facultas eligendi Confessarium specificè comprehendens etiam Religiosos. Quia eo ipso, quod nulla fit priuilegiorum mentio innuitur ea velle Pontificem hoc in casu suspendere. Ita Boss. citatus. Diana p. 5. tr. 12. resol. 38. & alij.

B Cum

RISCOBAR
Theol. Mori
Tom. III. IV.

ET IV.

14 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

127
Ab his sum.

Cum his opinor, addens, non posse Superiorum Regularem Iubilai tempore suis subiectis prohibere, ne Sacerdoti seculari vel Regulari alterius Ordinis approbatis confiteantur, ut aperte Alphonsus de Leon de Iubil. p.2. num. 209. annotavit.

Burgis ades, Iubilatum lucrari neglexisti, clapsis ^{Eiusdem sum} autem duabus hebdomadis Vallisoletum permentis, vbi Iubilatum inchoatur, aut durat: consequi illud poteris, si cuncta opera in Bullâ prescripta exequare. Imò si tempore, quo publicatum est Iubilatum ex aliquâ inuincibili ignorantia fugit à te illius notitia: poteris illo tempore transacto intrâ vnam & alteram hebdomadam à die notitiae illud obtinere.

PROBL. XXVI.

Partem operum prescriptorum quis adimpleret in primâ hebdomadâ, & partem in secundâ: Hic lucratur, & non lucratur Iubilatum.

128
Lucratur.

Lucratur planè. Quia opera prescripta implet, & non constat debere omnia illa intra vnam, ac eandem hebdomadam fieri debere. Sic Molphei. in summ. tract. 7.1. cap. 16. num. 49. & 50. Nald. v. Indulgientia, num. 14. Laym. lib. 5. tract. 7. cap. 8. num. 10. P. P. pos. in 3. p. q. 14. dub. 10. num. 87.

129
Non lugratur.

Minimè lucratur. Quia expressè idest contra ipsa Bullæ Iubilæi verba, qua prescribit opera cuncta intra eandem hebdomadam perfici. Ita Lugo d. 27. de pœnit. num. 105. Henr. lib. 7. c. 13. n. 2. Nauar. Notab. 34. Philip. de Cruz. in Thesaur. tr. 1. de Iubil. §. 18. num. 3. Vgl. de potest. Epist. c. 41. §. 4. n. 5.

130
Hanc mentem sequor.

Primum sententiam satis reor esse probabilem, sed ex Bullâ tenore secundam iudico magis Pontificis menti conformari. Amplius itaque probabile putarim non posse diuidi opera inter vnam & alteram hebdomadam. Hoc enim est contra fidelium proxim, contra Doctorum mentem, imò contra ipsius Bullâ prescriptum.

PROBL. XXVII.

Ad lucrandum hoc Iubilatum, sufficit, & non sufficit, quod fiat Sabbatho commutatio operum, qua diebus precedentiibus geri debuissent.

Non sufficit. Quia hæc commutatio ieuniorum (v.gr.) debet fieri feria quartâ, non ^{Nov. sufficit.} autem aliis diebus sequentibus, ne dicatur commutari præteritum, quod amplius fieri non potest. Sic Louar. tract. de Iubil. p. 1. c. 2. n. 35. Rodriguez. in sum. tom. 1. c. 2. 25. licet in oppositum inferius partem incliner.

Suffici planè. Quia in Bullâ Iubilæi non restringitur quodad hoc commutandi facultas. Ita ¹³⁵ Sufficit. Henr. lib. 7. c. 10. n. 6. & 8. Leo de Iubil. part. 2. n. 15. 3. Filiuc. tom. 1. tr. 8. n. 27. Diana p. 5. tr. 12. resol. 2. 5. Lugo d. 27. n. 130.

Cum his opinor credens non obstat, quod sit clapsum tempus, cui addicta erant ieunia, aut alia prescripta opera; quia datur regulariter ¹³⁶ *Cum his opinor* Confessario facultas differendi singula, & omnia opera: quæ facultas non expiravit.

PROBL. XXIX.

Ex malitia prescripta opera in Iubilao omisi: ultimâ die poteris, & non poteris illud lucrari, si opera, quæ gers debuissent, in alia à Confessario committentur.

Lucrari non poteris. Quia quando dicitur in Bullâ prescripta opera posse in alia mutari, intelligendū est respectu illius, qui iusto detinetur ¹³⁷ *Lucrari non poteris.* impedimento: non respectu illius, qui carens impedimento iusto, opera prescripta præfate neglexit. Nam qui voluntarie negligit conditioles requiras implere, moraliter loquendo, non potest dici impedimento detineri: neque Pontifex per talen particularum censetur velle, per Confessarium ei posse succurriri. Addo, in Bullâ communiter exprimi aliqua, quæ sunt necessaria impeditamenta, ut carcere, clausura, & similia: ergo postmodum sub clausula generali similia iusta impeditamenta debent intelligi. Sic Prepos. in 3. part. quæst. 14. de Indulg. dub. 10. num. 88. Vega tom. 2. cap. 7. casu 4. 8. Philip. de la Cruz in Thes. tr. 1. de Iubil. §. 19. n. 2.

Poteris lucrari. Quia facultas commutandi Iubilæi opera ex generali clausula se extendet ad præterita opera non solum ob legitimam causam agitudinis, impotentie, &c. omis-¹³⁸ *Poteris luc-* fa; sed etiam ad opera omisa ex malitia. Nam quanquam ex sua malitia prescripta opera non peregerit tempore constituto: tamen quando

133

Eiusdem sum mentis, adiögens tamen: si dum

Sectio II. De Iubilao, Problemata. 15

ad pénitentiam accedit, verò dicitur impotens.
Ita Filii. tom. 1. tractat. 8. cap. 10. num. 268. &
273. Polach. de Iubil. scilicet 42. numero 65. & 66.

Alphonse Leon de Iubil. parte 2. num. 186. San-

ctael. de Iubil. cap. 7. dub. 1. Diana part. 5. tr. 12.

resol. 26.

^{Eadem sum tamē omittens non dicatur impeditus cap. final.}
139 Idem planè iudicarim. Nam licet voluntate omittens non dicatur impeditus cap. final.
de elect. & cap. commissa, eodem in 6. tamen hic
quamvis sit impedimentum in causā, tamen
tunc iam non est voluntarium. Quare si quis
pererit communicationem operum, vel dilationem
secutionis Iubilai ob id solum, quod non
vult eo tempore lucrari, cūm tamen commodè
posset: non est capax illius dispensationis; quia
impeditus verè non diceretur. Verū si iam
omisſus opus temporis adducatur, nec esset tem-
pus illud agendi, & peniteret: non diceretur im-
pedimentum amplius voluntarium, sed necessaria-
rium ex suppōsitione.

PROBL. XXX.

Cuncta prescripta opera pro Iubilao lu-
crando gesisti, sed diu ultimā in quā
Eucharistiam debebas accipere, per in-
curiam, seu obliuionem naturalem ie-
cūnū violasti: Potes, & non potes Iu-
bilium lucrari, mutatā à Confes-
sario in aliud opus pium commu-
nicione.

140 ^{Supposit.} Non potes. Quia iuxta formulam nouam
non potest Confessarius Communionem
in alia pri opera commutare. Sic Cardin. de
Logo de penitent. d. 20. num. 132. & expressius
ad huc d. 27. n. 119.

141 Potes certè. Quia nec in Bullā modernā id
absolue, aut simpliciter negatur. Ergo sicut
olim, sic etiam nunc Communio, imo & Con-
fessio poterit commutari. Ita Henr. lib. 8. ca-
p. 10. numero 8. Sanctarell. & Graff. quos ci-
tar, ac sequitur Diana part. 3. tractat. 4. res-
olut. 52.

142 Poterit quidem in eo casu pénitentis Iubi-
lārum lucrari, & a referatis absolvi, si formu-
lam antiquam Iubilai attendamus. Nam iuxta
illam, potest Confessarius Communionem, &
(in necessum fuerit) Confessionem sicut ieiunia,
& alia opera, in alia pia opera commutare. At
quidem dubito ablatam esse in noua formula
Confessario huiusmodi potestatem. Certè id
clarè expressum in noua formula non lego.
Vnde absoluē affero, etiam nunc posse huius-
modi homini Communio commutari. Do P.
Henriquez testimonium. Ultimo etiam die
commutari posset Confessio, Communio vero in-
fimis posset commutari, quibus deferri commo-
dè non potest Eucharistia: & pueris, qui per ex-
tem ad illam non admittuntur: aut ei, qui ex
obligatione, & incuria bibit die designato com-
munionis.

Escob. & Mend. Theol. Moral. T. III.

PROBL. XXXI.

Confessarius, qui ex facultate Iubilai eli-
gitur ad commutanda opera prescripta
debet, & non debet necessariò esse ille
solus, qui ad Confessionem ad Iubilai lu-
crationem eligitur.

143 D Eber necessariò ille ipsem Confessarius
opera (si commutanda sint) mutare, qui ad
Confessionem ad lucrationem Iubilai geren-
dam, eligitur. Quia ex prescriptione formula
Iubilai huiusmodi commutatio debet necessariò
fieri in actuali illa Confessione. Sic Sayr. in Clavi
lib. 5. cap. 60. num. 10. Vega tom. 2. summ. cap.
129. casu 34. Rodrig. in Bul. §. 9. n. 113. Beia in
respon. 2. p. casu 9.

Non debet necessariò prescripta opera com-
mutare ille ipse Confessarius, qui ad Confessio-
nem pro Iubilai lucratione eligitur: sed quili, ^{Non debet esse}
^{Confessarius} idem Confes-
sor alius approbatus ad id munus potest eligi.
Quia probabilius est, commutationem huius-
modi posse geri extra sacramentalem Confessio-
nem. Ergo sufficiens erit, ad prefatam com-
mutationem gerendam quilibet Confessarius ex
approbatib. ab Ordinario. Ita Sanch. lib. 4. sum.
c. 5. 4. m. 17. Diana p. 5. tr. 12. ref. 50. Louar. de Iubil.
p. 1. o. 2. 5. n. 37. Henr. lib. 7. c. 10. n. 8.

Consentienti astero, iis qui prescripta omnia
in Iubilao implere nequierint, commutari
posse in alia ab Episcopo, vel Parochio, aut ^{Confessio}
Confessario quolibet virtute Iubilai electo;
quamvis postmodum pénitens ei non confitea-
tur, sed alteri Sacerdoti, aut multis successivis,
dum durat Iubilatum.

CAPVT VIII.

Circa Votorum commutationem.

PROBL. XXXII.

Confessarius potest, & non potest virtute
Iubilai Vota extrā Confessionem
commutare.

146 ^{Non potest.} On potest. Quia in Bullā dicitur,
vt Votorum commutatio fiat, in foro pa-
netientia, vel audiā Confessione.
Sic Moute in exam. Conf. part. 3. c. 9.
scilicet 2. §. 17. n. 4. Rodrig. in Bul. §. 9. num. 113.
reg. 9. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 9. cap. 16. num. 3.
casu, quo in Bullā scriilla particula: In foro pa-
netientia, &c.

Potest planè, etiam quando in Bullā prefata
adest particula praedicta. Quia votorum com-
mutatio haud indiger Confessione. Ita Henr.
lib. 7. c. 10. n. 8. Tambut. de Iure Abb. tom. 2. d. 1.
q. 2. m. 5. Sanc. in sel. d. 1. q. 2. Laym. lib. 4. c. 6. c.
10. n. 21. Boff. de Iubil. scilicet 2. casu 28. n. 3.

147 Certè priuilegium hoc favorable est, & latè
interpretandum. Extra Confessionem itaque po-
test fieri Votorum commutatio, eto quod in ^{Postulam sum}
^{mentis,} Bullā apponatur particula, Confessionibus audi-
tis, vel In foro pañenteria. Quia cum distent
B. 2. valde

ESCOBAR
Theol. Mor.
Tom. III. IV.

ET IV.

16 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

valde inter se absoluere à peccatis, ac commutare vota, neque hoc indigeat confessione, haud censendus est Pontifex velle totum priuilegium limitare per illum ablatuum: sed singula sanguis sunt referenda. Vnde existimatur, particulam illam referri ad abolitionem à peccatis, quæ immediate sequitur. Quippe ea est regula, vt clausula posita in una dispositionis parte, siue ponatur in principio, siue in medio, siue in fine, censetur, ad omnia in ea clausula contenta referri;

cap. secundo requiri, de appellat. At id in-

telligendum est, quando omnium eadem est

ratio, quod in casu nostro non contingit,

P R O B L . XXXIII.

Iubilai tempore voto astringeris, quod non curas tunc tibi commutari: Potes, & non potes, Iubilao exacto, impetrare huiusce voti commutationem.

149 *M*inime potes. Quia Votum commutari non potes, nisi ex priuilegio Iubilai illius, cui renunciavit, qui noluit tempore, quo vigebat, voti commutationem postulare. Sic Suar. tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 16. num. 14. & 15. Regius in summ. casu 11. Bonac. tract. de legib. d. 4. quaest. 2. part. 7. §. 3. num. 14. Fillius citatus à Leandro, sed iniuste, quia Doctor hic solo tract. 26. cap. 10. num. 302. agit de voto oblieto, quod assertum non posse post Iubilæum commutari, quia ad commutationem, ait, requiritur talis voti qualitas cognitio.

150 *Potes* Potes plane. Quia pœnitens qui Iubilæum est consecutus ius acquisiuit, vt postmodum possit prefati voti commutationem efflagitare. Ita Sanch. lib. 8. de Matrim. d. 15. num. 17. Henr. lib. 7. cap. 11. n. 4. Lefl. lib. 1. c. 40. dub. 16. n. 109. Fagund. lib. 2. Decal. c. 50. n. 17.

151 *Idem affer.* Profecto quanvis opera in Iubilao prescrita ad eius affectionem alligentur temporis designato in eo, ita vt, tempore transfacto, fieri nequeant: At hisce operibus actis, qui Iubilæum lucratum est, priuilegium acquirit, vt postmodum à peccatis reseruatis oblitis absoluatur, & in quibusdam ei dispensetur, & vt commutentur ei vota vsque ad Iubilai tempus emissa.

P R O B L . XXXIV.

Iubilai tempore exacto, poteris, & non poteris obtinere commutationem votorum Pontifici reservatorum, quorum tunc immixta commutationem non efflagasti.

152 *Non poteris.* Non poteris. Quia absolutio virtute Iubilai facta non cadebat super absolutione votorum oblitorum. Et quia vota reseruatae maiori sunt difficultati circa commutationem obnoxia. Vnde non videtur sufficere generalis illa votum commutatio, quam quis à Confessario tempore Iubilai petierit. Sic Laym. lib. 5. tract. 7. c. 8. Fillius. tract. 8. num. 279. Sanch. lib. 8. de Matrim. d. 32. n. 4. Polach. de Iubil. l. 42. n. 69.

153 Peteris quidem. Quia si tempore Iubilai à

Confessario petiisti, & obtinuisti generalem com- mutationem votorum Pontifici reservatorum concessam in Iubilao: clarè constat censeri sublatam esse reservationem voti oblitii, & transfacto Iubilao posse à quolibet Confessario communari. Ita Sanch. lib. 8. de Matr. d. 15. num. 16. & 17. Henr. lib. 7. c. 11. n. 4. Diana p. 5. tr. 12. resol. 40. Sanctarel. de Iubil. 8. dub. 3.

Hoc mihi certum. Imò addiderim, tempore **154** Iubilai clapo, posse ab alio Confessario commu- tari vota Pontifici reservata obliterata, etiam si intra *tempus à Iubilao prescriptum nulla facta fuerit* à Confessario dispensatio generalis votorum, aut nulla vota pœnitenti fuerint dispensata, seu com- mutata, vel ea sola in specie, quæ ab eodem pœnitente fuerunt Confessario detecta. Quia si pœnitentis lucratus fuit Iubilæum, ius acquisiuit, vt commutatio illa postmodum fieret. Et sic à peccatis reseruatis Pontifici potest postmodum absoluiri, ita voti Pontifici reservati obliterata commutationem obtinere.

P R O B L . XXXV.

Confessarius potens commutare virtute Iubilæi vota, potest, & non potest iuramenta emissa commutare.

155 *Non potest* Confessarius iuramentum com- mutare ex virtute Iubilai ad commutatio- *non potest iu-* nem votorum sibi tradita. Quia iuramenti vin- *ramenta.* culum est species distinctum à voto: ergo priuile- gium concessum ad commutanda vota, non debet extendi ad commutanda iuramenta. Sic Val- ent. tom. 3. d. 6. quaest. 6. part. 4. Bonac. in decem precept. d. 4. quaest. 2. part. 7. num. 32. Azor. lib. 11. c. 10. q. 2. Faust. Thesaur. lib. 4. q. 41. n. 1.

Potest quidem commutare iuramenta circa **156** eandem materiam emissa. Quia licet vinculum potest iu- iuramentum sit distinctum specie à voto: omnino com- tamen æquiparantur: cum tota obligatio, & ma- teria vinculi utriusque ad fiduciam Deum ordinetur. Ita Fillius. tract. 26. num. 254. Trull. in Bul. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 2. num. 3. Fagund. lib. 2. De- cal. cap. 5. 1. num. 13. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 6. c. 14. n. 6. Sanch. in sum. lib. 4. c. 5. n. 8.

Existimo, communi fideliū existimatione **157** huiusmodi iuramenta tanquam vota reputari, *Idem affer.* vnde facultas circa vota commutanda ad iuramenta extenditur.

P R O B L . XXXVI.

Vt votum à te emissum non ludendi (v. gr.) serues, iuramentum emittis, quo confir- mare valeas votum emissum: Confessari- rius virtute Iubilæi potest, & non potest huiusmodi iuramentum commutare.

158 *Non potest.* Quia quando conceditur pri- uilegium ad dispensandum in votis, solet in nonnullis concedi, etiam ad dispensandum in iuramentis. Signum ergo est, necessarium esse tale priuilegium expressum in Bullâ. Et quia cum conceditur priuilegium gratis, non est laxè interpretandum, sed strictè. Si ergo conceditur facultas ad commutandum votum, non

Sectio II. De Iubilæo, Problemata. 17

non est extendenda ad iuramenti vinculum iuxta regulam textus in cap. Porro, de privilegiis.

Sic Henr. libr. 7. cap. 30. num. 5. Less. libr. 2.

cap. 40. dub. 11. num. 9. 4. Valent. tom. 3. d. 6. q. 6.

part. 4. Azor. libr. 11. cap. 10. q. 2.

Potest equidem. Quia si Confessarius (vt videtur Problem. proximo) potest commutare iuramenta simul concurrentia cum voto; sive in eadem materia emissa, aut in aliâ: cur commutare non poterit iuramenta confirmando voto aliqui emissa? Parum enim refert ad obligatio-

nis vim in ordine ad Deum, sive uno modo, sive

altero iuramento fiat. Ita Suar. tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 14. n. 19. Basili. Ponti. lib. 8. de Matr. c. 1. n. 5. Trull. lib. 2. Decal. c. 2. dub. 41. Filliuc.

tom. 2. n. 16. c. 9. n. 2. 36.

Ego ex ultimo delegatam potestatem commu-

tandi in votis virtute Iubilei extendi tunc ad iu-

ramenta absolute facta, tunc ad vota iuramento

confirmata, seu iurata, licet iuramentum & vo-

tum eiusdem materie concomitantes habeant.

Quia si solum esset vorum, dispensabile esset seu

commutabile: si solum esset iuramentum, etiam

esset commutabile, vt ostendi. Ex eo autem

quod sint concomitantes illa duo vincula, vnum

non mutat suam naturam ex alterius confortio.

Vt si quis tenetur irregularitatis vinculo ex ho-

micio casuali & voluntario. Hæc coniunctio

non tollit, quominus non possit in casu

dispensare Episcopus iuxta Tridentini for-

mam.

PROBL. XXXVII.

Facultas commutandi vota virtute Iubi-

lei, extenditur, & non extenditur, ad

commutanda iuramenta adiecta con-

tractui, in quo est turpitudo, aut iniu-

stitia.

161 Facit quis homini iuramentum soluendi vnu-

ras verbi gratia, requiris, an Confessarius ha-

bens facultatem ad votorum commutationem

virtute Iubilei, posset utri ad commutationem

huiusmodi iuramenti? Facultas dispensandi

in votis, aut illa commutandi, non extenditur ad

commutationem iuramenti, per quod nullum

ius parti, cui iuramentum præstat, acquiritur,

quale est iuramentum adiectum contractui, in

quo est turpitudo, vel iniustitia in creditore, ver-

gratia, iuramentum soluendi vnu-

ras. Quia tale iuramentum nullam cum voto similitudinem,

vel iurius æquiperationem obtinet. Sic Layman.

lib. 4. tract. 3. cap. 13. num. 8. Sanch. lib. 1. de Ma-

trim. d. 2. n. 17. Suar. tom. 2. de Relig. lib. 6. cap. 14.

num. 13. Diana. 1. p. 11. ref. 41.

Extenditur facultas prefata ad commutan-

dum huiusmodi iuramentum. Quia per id nullum

ius homini, cui factum est, acquiritur; sed

soli Deo: ergo rationem voti inducit non aliter,

quam si Soli Deo iuramentum fieret. At poten-

tiæ ob Iubileum data ad commutanda vota,

se extendit ad commutanda iuramenta aqua-

tionem voti præferunt, ergo. Ita Trull. in Bul.

libr. 1. § 7. cap. 3. dub. 2. numero 7. Boffius de

Iubil. sect. 2. casu 6. numero 4. Rodrig. tom. 1. sum.

cap. 44. num. 4. Arag. 2. 2. quest. 88. art. 12. §. si

quis autem.

Escob. & Mend. Theol. Moral. T. III.

Certum mihi, facultatem delegatam circa vo-
torum commutationem extendi ad iuramenta
cum iniuria, seu iniustitia extorta, seu emissa.
Hoc tenet, & expo-

Quia cum per talia iuramenta nullum ius acqui-

tatur homini, cui præstantur: sed tota obliga-

tio acquiritur Deo, qui in teſte invocatur; ac

proinde ſolus Deus fit creditor: iuramenta vi-

dentur verè induere rationem voti, votisque

æquiperari. Et licet iuramenta eiusmodi non

sunt facta Deo, ſed homini; quoad obligationem

tamen conſentit iuramenta Deo facta cum in-

tuitu ſolius honoris Dei obligent. Igitur cui

conceditur facultas relaxandi, aut commutandi

vota, quibus promissio ſoli Deo acquiritur, con-

fentur etiam concedi facultatem, commutandi

huiusmodi iuramenta, per quæ ſoli Deo obliga-

tio acquiritur.

PROBL. XXXVIII.

In generali facultate ad vota commutan-

da, comprehenduntur, & non compre-

henduntur Vota reſervata peregrina-

tionis Ierosolymitanæ, Romanae, ac Com-

poſtellaneæ.

162 C

ertum est, ex generali conſeſſione ad om-

nia Vota commutanda, non comprehendendi

Vota Religionis, & Caſtitatis. Quia ob ſpe-

cialem, & antiquissimam reſervationem, mate-

riæque grauitatem, in generali facultate illa mi-

nimē comprehenduntur, vt ſec. 1. vidimus. De

vota vero Peregrinationis huius triplicis ambi-

gitur. Comprehenduntur ſane. Quia votorum

illorum reſervatio non eſt ita antiqua, nec tanq;

momenti, ſicut votum Religionis, ac Caſtitatis:

ergo debent in generali illa conſeſſione com-

prehendi. Sic Malder. 2. 2. tract. 10. cap. 5. dub. 10.

Sanch. libr. 8. de Matrim. d. 9. num. 2. quorum

ſententiam ait ſeſſe probabilem Diana p. 5. r. 12.

ref. 58.

Non comprehenduntur.

Non comprehenduntur.</

18 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

PROBL. XXXIX.

Confessario Iubilai virtute impeditur facultas commutandi vota, exceptis votis Religionis, & Caſtitatis: Poteſt hic, & non poteſt commutare iuramenta ingrediendi Religionem, & Caſtitatem obſeruandi.

167 *Poteſt commutare, dummodo praefata iuramenta non ſint in fauorem, & utilitatem proximi emiſſa. Quia iuramenta non videntur pari gradu in grauitate cum votis incedere. Sic Nauat. lib.2. conf. de iureinuando conf. 1. n. 4. & 5. Tabie. vers. Iurare, queſt. 20. num. 21. Perr. de Ledesim. tom. 2. tract. 11. de voto. c. 4. dub. 2. poſt 5. concl.*

168 *Nullatenus poteſt. Quia vel eſt iuramentum Deo factum, & ſic includit votum: ergo ſi eſt Commutare Pontifici refutatum votum Religionis & Caſtitatis, etiam erit refutatum iuramentum factum de incunda Religione, & de fernanda Caſtitate: Vel eſt iuramentum Religionis, & Caſtitatis abſolutum, & nullam promiſionem Deo factam includens: ſed ſolam obligationem iuramenti continens (vt cum quis comminatory ſibi ipſi inrat, ſe Religionem ingressurum, & ſic etiam votis æquiparatus, Religionis, & Caſtitatis. Ita Toleſ. lib. 4. cap. 13. num. 4. Azor. lib. 11. cap. 10. queſt. 3. Trul. in Bull. 1. §. 7. cap. 3. dub. 5. num. 4. Laym. lib. 4. tract. 3. cap. 11. num. 4. Sanch. lib. 8. de Matrim. d. 13. n. 4.*

169 *Eiusdem menſis ſum, ratus praefata iuramenta respicere aliquam promiſionem Deo factam, vnde induit rationem votorum, & ſic pari grefſu cum illis incedunt. Atamen concedit Sanchez praefata iuramenta non eſſe refutata Pontifici, ſed tantum Episcopis: vnde videtur aſſerere, poſte à Confessario Iubilai virtute commutata, ſicut omnia vota, quae Episcopus authoritate ordinaria commutare poteſt. Quod non facile admicerim.*

PROBL. XL.

Leui metu ab extrinſeco incuſo Religionis, aut Caſtitatis votum emiſſiſt: Poteſt, & non poteſt Confessarius Iubilai virtute huicmodi vota commutare.

170 *Communare non poteſt huicmodi vota. Quia involuntarium, quod in huicmodi votis reperitur: eſt ſolummodo ſecundum quid, quod non ſufficit, ad tollendam refutationem. Ex. gr. in votis emiſſis ob periculum mortis incendi, aut naufragii involuntarium. Secundum quid refutationem non tollit. Sic Suar. tom. 2. de Relig. lib. 6. de voto cap. 26. n. 4. & 5. Syluest. queſt. 4. queſt. 4. num. 4. Lauor. de Inbil. p. 2. cap. 27. n. 187.*

171 *Poteſt huicmodi vota, commutare. Quia non eſt praefumendum. Ponificem velle, illam ab extrinſeco illatam fauore injuriam, & vota per huicmodi leuem metum emiſſa referuare.*

Ità Laym. Bonac. Leo, quos refert, ac ſequitur Diana part. 1. tract. 11. refol. 7. 3. & part. 5. tract. 12. refol. 6. 1. Henrīq. lib. 1. c. 15. num. 8. Letti. lib. 2. cap. 40. dub. 13. n. 106. Sanch. in ſum. lib. 4. c. 40. num. 30.

Consentio monens, nos hic loqui de metu ab extrinſeco jncuſo, non ab intrinſeco qualis eſt inspiratio diuina ex inferni horrore, &c. Metum ab extrinſeco vocito vim leuem parentis comminantis, infirmitas, naufragium. Vota ergo ob huiusmodi metum ab extrinſeco in cullo emiſſa, poſſunt virtute Iubilai commutari. Quia vota huiusmodi debent eſſe facili dispensationi obnoxia tum ob conſensu imperfectionem, aliquo quidem modo extorti: tum etiam in odium (bi homo fuit) iniuste extortuentis.

PROBL. XLI.

Emiſſiſt votum in utilitatem Tertiij, & acceptatum iam fuit ab eo, in cuius commodum fuit expreſſum: Tale votum eſt, & non eſt Iubilai induito comutabile.

173 *E Mittit quis votum exhibendi Calicem v. gt. alciui Eccleſia, aut alciui puellæ dotem, aut pauperi cuidam elemoſynam: exiſto, antē viles. acceſſationem non acquiri ius ab iis, in quorum fauore fuit emiſſum, vnde commutabile eſt. Quid si tale votum fuit iam acceſſatum? Eſt etiam ex cauſa rationabili commutacioni agnatum. Quia cūm votum per ſe haſt Deo, & creditor obligacionis ex voto procedentis ſit Deus ſolus: acceſſatio ex parte homini parum facit ad naturam obligacionis ex voto procedentis. Secūs autem in iuramento eſt, quod ex naſtrā perit, vt homini praefetur. Sic Trul. in Bul. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 8. num. 2. Caietan. 2. 2. q. 88. art. 12. Nauarra de refut. lib. 2. cap. 1. dub. 3. n. 14. Fagund. apud Trullench. citatum probable, putat.*

174 *Haud eſt dispensabile, aut commutabile abſque conſenſu illius, qui votum accepit. Quia Non eſt com- per acceſſationem iam Eccleſia, aut puella illa, mutabile. ſeu pauper ius acquisiuit: ergo his initis, non poteſt remitti. Ita Fagund. lib. 2. in decal. c. 49. num. 11. Suar. lib. 6. de voto, c. 15. Henrīq. lib. 7. cap. 30. Trullench. hanc fententiam probabiliter eſt probabile.*

175 *His harco ob mei Thomæ Sanchez authoritatē, qui lib. 8. de Mar. d. 10. n. 23. affirmat, nullum ex multis, quoſ legit, Doctribus de hoc puncto dubitare. At primam fententiam ſatis reor eſt probabile,*

PROBL. XLII.

Sectatur quis Iubilai tempore opinionem probabilem circa illius conſecutionem: Lycraur quiderat, & non lucratur Indulgentiam.

176 *Lycraur quiderat, non tamen lucratur Indulgentiam. Quia in mat- Non lucratur tria Indulgentiarum non iuuat probabilis opinio, Indulgentia, ſi oppoſitum ſit verum. Non enim praefat quis opus*

Sectio II. De Iubilæo Problemata. 19

PROBL. XLIV.

Peccat, & non peccat lethaliter, qui postquam bona fide votorum commutacionem obtinuit, postmodum voluntarie prescripta in Iubilæo opera omisit.

opus praescriptum ad Indulgenciam acquisitio-
nem. Vnde si aliquis v. gr. in primâ hebdomadâ
ieuniat, Ecclesia adiicit, eleemosynam largitum
est, & in secundâ confessum est, & Eucharistias
sumpit: suffici secundum aliquos graues Do-
ctores ad lucrandum Iubilæum; sed hec opinio
licet si probabilis, tamen si esset falsa remaneat
quidem talis à referuatis confessus absolutus,
quia opinio probabilis conferrit iurisdictionem,
non tamen Iubilæi lucraretur indulgentiam. Sic
Bonac. d. 6. quest. 1. part. 5. n. 27. Barth. à sancto
Faulto tract. de Iubil. lib. 4. quest. 6. 4. Diana 5. p.
truct. 12. refol. 3. 2.

¹⁷⁷ Qui opinione probabili usus est ad Iubilæi
lucrationem, non solum manet à referuatis ab-
solitus, sed indulgentiam Iubilæi lucratur. Quia
si opinio probabilis sufficit, ut censeatur Pontifex
tribuere Confessori iurisdictionem, ut à refer-
uatis penitentem absolutum: cur eadem proba-
bilis opinio non erit etiam sufficiens, vt credatur,
Pontificem de facto indulgentiam Iubilæi con-
cedere illi, qui iuxta eandem opinionem opera
Iubilæi exequitur. Ita Leander tom. 1. tract. 5.
d. 14. qu. 164. afferens virorum doctorum con-
sentientia placita.

¹⁷⁸ Pichene opinioni subscrivo, hoc de sedis Apo-
stolicae stolicae benignitate minime addubitanus. Ceterè
vix efficit illius, qui indulgentiam obtineret, si
prima sententia vera esset affectio, cum circa
materiam, & opera Iubilæi adsint hinc inde va-
riæ Doctorum, quas lucratur Iubilæa, sequuntur
opinions.

PROBL. XLIII.

*Tibi aliquid votum Iubilæi induitum com-
mutatur: at postmodum voluntate cum
tâ Iubilæum non lucrari. Votum com-
mutatum reuiniscit, & non reuiniscit.*

¹⁷⁹ Reruiniscit commutati voti obligatio, si non
geras à Iubilæo praescripta. Quia gratiae
omnes Iubilæi conceduntur sub huiusmodi con-
ditione. Sic Joan. de la Cruz 1. p. sum. præc. 2.
art. 2. dub. 12. concil. 2. Nugnus in addit. ad 3.
part. quest. 9. art. 2. dub. 4. Raphaël de la Torre
2. 2. q. 88. art. 12. d. vt. 2. 5.

¹⁸⁰ Minime reuiniscit. Quia Pontifex nullâ con-
ditione apposita in Iubilæo, absolute concedit fa-
cilitatem absoluendi & referuatis, & commutandi
vota. Ergo cum semel legitimè facta fuerit voti
illius commutatio ac proinde votum extinctum
est: haud postea non obtento Iubilæo, reuiniscer.
Ita Sanch. lib. 4. sum. cap. 54. num. 5. 3. Suar.
lib. 6. de votis. cap. 16. num. 10. Bonac. d. 4. de legib.
9. 1. p. 7. §. 3. n. 18.


¹⁸¹ Profecto posse Confessarius non commutare
votum, donec computa essent omnia in Iubilæo
praescripta: posset item anteà commutare illud
sub conditione, vt non obincas vim huiusmodi
commutatio, donec illa implerentur. At si absolu-
te commutavit votum ei, qui tunc habebat
luctandi Iubilæi intentionem, licet postmodum
non luctetur ratam manere voti commutatio-
nem, nec reuinisci poterit.

*Peccat quidem. Quia accepturus voti com-
mutationem virtute Iubilæi tacite promittit
praescriptorum operum impletionem, & confes-
sarius id praesupponens commutationem huiusmo-
di dedit operam: Ergo lethalis, est tam grauis
omissio materia. Sic Suar. lib. 6. de voto. cap. 16.
num. 11. Filiuc. tom. 2. tract. 16. n. 301. Vasq.
de pœnit. q. 9. t. art. 3. dab. 6. n. 7. Rodrig. in sum.
tom. 2. c. 183.*

*Non peccat
lethaliter.*

¹⁸² Non peccat lethaliter. Quia pœnitens nihil
promisit, nec obligationem aliquam (vt suppo-
nuntur) illi Confessarius impofuit. Ita Bonacini.
d. 5. q. 7. p. 7. §. 3. n. 18. Henr. lib. 6. cap. 16. n. 6.
Leo de Iubil. part. 2. num. 9. Bossi. de Iubil. scđ. 1.
caſa 3. 3. n. 4.

¹⁸³ Non mihi probabilius supponenti, Confessa-
rium tam exp̄sē obligationem non im-
pōfuit: existimantique à Iubilæo huiusmodi non
apponi obligationem, nec de tali Pontificis inten-
tione constat: nec ex naturā rei videri includi-
paetum. Satis ergo est, propositum cum sit com-
mutatio habere implendi praescripta: sicut suffi-
cit ad absolutionem à referuatis obtinendam. Ad
hoc Caput transfer cuncta, que volumine primo
circa votorum commutationem virtute Bullæ
Crucis exposui Problemata.



CAPVT IX.

*Circa Iubilæum Communionis generalis
singulis Mensibus in Societate
IESV, ac in aliis Reli-
gionibus lucrari solitum.*

¹⁸⁴ **V**IUS Iubilæi exordium à societatis
nostrâ sollicitudine habuit exordium,
illique prima illius concessio facta est
à Paulo V. anno 1616. Aprilis 30. dñe, ut con-
stat ex Bullâ hoc anno & die expedita ad sepe-
nium valitura. Hoc exemplo sollicitate aliae
Religiones eodem zelo futuris animarum suc-
censa, similia Iubilea impetraverunt. Ab Urba-
no Octavo confirmatum est in Iubilæum
anno 1634. ad quindecimum valitum. Bulla
huiusc clausulam expono: *Comitis viriisque
sexus Christi fidelibus vere pœnitentibus & con-
fessis, qui aliquam societatis IESV, vel quamcumque
aliam secularis Ecclesiæ ubiunque exi-
bentem una ex Dominicis cuiuslibet spensis, qua
Communio Generalis sollicitudine dilectorum fili-
orum Clericorum Regularium diâla societas:
quo ad Ecclesiæ secularis de licentia Ordinario-
rum locorum, illarumque Religiorum confusa age-
tur: deinceps visitauerint, & ita Dominicis in pre-
dictis Ecclesiæ sanctissimum Eucharistia Sacra-
mentum sumperint, ibique pro Christianorum
Princi*

B 4

*EASCOBAR
Theat. Mor.
Tom. III. IV.
ET IV.*

20 Theologiæ Moraliæ Lib. XIX.

Principum concordia heresum extirpatione, & sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint: plenariam omnium peccatorum siorum indulgentiam, & remissionem, quam animabus fidelium defunctorum applicare possint, misericorditer in Domino concedimus.

Si tam exigua distantia, quanta est vnius quadrantis inter vnum, & alium interueniat.

PROBL. XLVI.

Vbi sunt plures vna in Vrbe Societatis dominis, poteris, & non poteris in omnibus hoc Iubilæum lucrari.

Exformâ Iubilæi à Paulo V. concessi anno 1617 finè vllâ controvèrsiâ existimo in omnibus Societatis qualibet in Vrbe existentibus posse Iubilæum obtinere. At ex nouâ formâ Vrbanî Octauî difficultas insurgit: ait enim concedi Iubilæum iis, qui aliquam Ecclesiæ Societatis visitauerint, & in ea communicauerint. Ergo non poteris visitationem, & Eucharistia susceptionem gerere in omnibus sed in vna specialiter assignata. Quia si in omnibus posses lucrari, non iam vna Communio generalis qualibet Mensie fieret, vt in Bullâ dicitur; sed plures in eodem Mensie & loco. Et quia cùm omnes vnius Vrbis, vel Oppidi possint ad vnicam Ecclesiæ conuenire, haud est credibile, omnes illius loci Ecclesiæ Pontificem voluisse pro Iubilæo assignare. Docti idè viri hanc sententiam satis esse probabilem iudicarunt.

Poteris in omnibus Ecclesiis Societatis in 191 Vrbe existentibus Iubilæum lucrari. Quia illud *Potest omnibus* concessum est Ecclesiæ, aut Ecclesiæ Societatis, qualibet illarum; qua in hac Vrbe Vallisoletana v.gr. adest, ita absolvè est, & dicitur Societatis Ecclesiæ, ac si illa sola Vallisoleto existeret, nec rationem Ecclesiæ Societatis alteri tollit. Si concessionem est hoc Iubilæum fidelibus orantibus & communicantibus in aliqua Societatis Ecclesia, cur in quaçumque orauerint, & Eucharistiam acceperint, siue sit hac, siue illa, illud non consequentur? Ita viri ex nostris Doctrinâ conspicui, inter quos Antonius Quintanadueñas merito recenteo *Apend. tract. 1. dub. 4. n. 2.*

Hoc mihi certum. Quia non est maior ratio, cur in hac, quâ in illâ domo locum habeat Iubilæum, cum omnes sint ciuidem Societatis, & euidenter sentientia in omnibus sacramentum Confessionis, & Eucharistie administraret, Communio que generalis geri valeat. Addiderim, alia Iubilæa nostræ Societatis, v.gr. S.P. nostri Ignatij, Francisci Xavieri, ac similia in omnibus Ecclesiis nostris ciuidem Ciuitatis posse fideles lucrari, sicut & similia Iubilæa aliorum Ordinum in omnibus sui Ordinis Ecclesiis, & cùm aliter conceditur à Pontifice, exprimi affolet. Statutus Pontifex frui Iubilæo hoc, qui iniuster aliquam Societatis domum. *Alguna Iglesia, o alguna de las Iglesias de la Compania:* Ergo quilibet visitatâ, dum sit Societatis siue domus Professæ, siue Collegij, siue domus probationis (omnes enim æ qualiter sunt Societatis Ecclesiæ) Iubilæum prodet visitanti, & in ea communicanti.

PROBL.

PROBL. XLV.

Dies Dominicus (verbi gratia) Februarij est ultima huius Mensis dies: vel Dominica dies est prima dies Martij: Dominica talis ultimi diei Februarij potest & non potest pro Communione generali Martij assignari; & talis primæ diei Martij Dominica pro Communione generali Februarij.

186 *E*cclæstica ac moralis computatio ad hoc Quælibet è Iubilæum facienda est ita, quod in quolibet diebus Domini Mensis qualibet ex quatuor, vel quinque Dominicas potest assignari, ad nisi, quas affterre affolet, assignari possit, etiam h.c. Iubilæum si Dominica Iubilæi vnius Mensis v.gr. Februario mensibus suorum non distet triginta diebus, nec viginti, nec gradu.

187 *Quæstionem itaque, num si dies Dominicus Februarij sit ultima huius Mensis dies, hæc pro Martij Mensie possint assignari ad Iubilæum: vel si sit Dominica dies prima die Martij, hæc assignari possit pro Iubilæo Februarij?* Potest quidem; Quia parva est vnius diei distantia in triginta diebus Mensis vniuersiusque, vel in sexaginta vniuersiusque, & ita pro parvitate materiae est reputanda: & in moralibus parvum reputatur pro nihil; ac etiam iam finitum Februarium vleimâ eius die, & incepsum Martium poteris adiudicare, sive in hac die Iubilæum Martij lucrati poteris, p.z sertum cùm in Iure annus incepitus pro completo reputetur: t.z quia ex iure de test. vt iuxta DD. pater in annis qui pro factis Ordinibus à Trident. ses. 23. cap. 12. expounduntur. Sic nonnulli Moderni, qui nondum typis sua scripta dedere.

188 *Minime potest. Quia expressè Pontifex statuit lucrandum esse. Vnæx Dominicis cuiuslibet Mensis: Dominica autem Martij etiam si prima illius sit dies, nec Mathematico, nec moraliter, aut Ecclesiastico modo, est Dominica Februarij: è contra. Ita Anton. Quintanadue. Apend. tract. 1. dub. 1. num. 7. & alijs.*

189 *Existimo primam sententiam parvam, aut nihil probabilitatis habere. Quia distantia vnius diei licet parva sit respectu triginta, aut sexaginta diebus, est talis conditionis, ut omnino Menses distinguat. Hinc contractus, & Officia, vota, vel obligations, quæ pro vno anno aut Mense præfiguntur, certum est, non transite ad primum diem, imò nec horam, aut quadrantem alterius anni, aut mensis sequentis; nec è contra: etiam*

Sectio II. De Iubilæo, Problemata. 21

PROBL. XLVII.

Potest, & non potest hoc obtineri Iubilæum
in Ecclesiis Seminariorū Societatis.

¹⁹³ Non potest. Quia huiusmodi Seminaria
scilicet Hibernorum, Anglorum, & alia
secularium non sunt propriè Societatis domus,
nec Superiores nostri hinc domib. praepositi sunt
ab solute Societatis Rectores sed eoque non habet
ius suffragij in Congregationibus Provincialibus
ad quas admitti debent omnes legitimi Colle-
giorum ac Domorum Societatis Rectores, vt
confit ex formulâ à Congregatione quartâ ap-
probata. Hanc partem viri docti nonnulli pro-
babilitatis habere existimant.

Potest quidem obtineri in huiusmodi domi-
bus Iubilæum. Quia hec sunt verè Societatis Ec-
clesie, ergo illi hoc Iubilæum est concessum.
Antecedensque, quia vel sunt Ecclesie Re-
gulares, vel seculares, nequit enim dari medium:
non seculares, cum Ordinarij potestati non sub-
iacant, nec ab illis visitent, aut regantur; Ergo
Regulares sunt; sed non alterius Religionis, nisi
Societatis; Ergo. Certe illa Ecclesie dicuntur
Regulares, que Regulatum iurisdictioni sub-
iacent illisque gubernantur; sed haec subiacent
iurisdictioni, ac regimini Superiorum Societatis,
nempe Provinciali, & Rectori: Ergo Regulares
sunt; absurdum enim est, ut statutum lex *cum
principali, ff. de reg. iuris*, Caput esse Regularis,
& Ecclesie seu corpus seculare esse. Ita Quin-
tanad. *Apendic. tractat. 1. dub. 5. numer. 1. &
alii.*

¹⁹⁴ Hoc certum existimo, ratus, horum Semina-
tiorum Regularia esse absolute. Quod autem
Rectores ilorum ad Congregationem Provin-
cialem non admittantur, minime obstat, nam hoc
peinet ad speciale dispositionem iuris huius
Religionis, que quibus visum fuit ius suffragij
concessum, attenta præteritam fundationis per-
petuitate. Hac vel simili ratione ad congregatio-
nem non admittuntur Residentiarum Superiores,
seu Collegiorum non perfectorum. At nemo
ambigeret, haec esse propriè domos Societatis, &
in eorum Ecclesiis Iubilæum hoc vim ha-
bere.

PROBL. XLVIII.

In Sacellis, Capellis, aut Oratoriis Societa-
tis villarum, seu prædiorum: potest,
& non potest hoc Iubilæum
generalis Communionis
obtineri.

¹⁹⁵ Sppono ut ferè certum in Sacellis, Oratoriis
& Capellis domorum aut Collegiorum So-
cietas possit fieri Orationem, & Communio-
nem ad hoc Iubilæum lucrandum. Quia romi-
ne ecclesia Monasterium, seu Religiosa domus
comprehenditur, & intelligitur in favorabilibus,
non in odiosis. Tusch. ver. Ecclesia, Concl. 9. n. 4.
Alexand. conf. 1. 45. n. 13. l. 7. Sa ver. Ecclesia
n. 1. Rodriguez. som. 2. question. Regul. quest. 38. art. 2.

Ergo Iubilæa concessa Ecclesiis Societatis toti
domo conceduntur, & in illâ vbi cùmque cele-
bretur poterunt obtineri, præcipue cùm in his
Oratoriis possit Eucharistia non solum nostris,
sed etiam secularibus sine Ordinarij licentiâ
ministrari, vt pater ex nostris priuilegiis ver.
Eucharistia §. 2. & 3. Ergo potest in illis fieri
Oratio & communio necessaria huic Iubilæo
Obtinendo. Maior est difficultas, nūm in Sa-
cellis, Capellis, aut Oratoriis nostrorum prædio-
rum possit hoc Iubilæum acquiri.

Certe non potest. Quia necessarium est, vt
fiat Communio generalis in Ecclesiâ cùdem, in
quâ Iubilæum est lucrandum; Ergo cùm illa
non possit fieri in Oratoriis prædiorum tum ob-
exiguum eorum capacitem, tunc propter diffi-
cultatem illuc conueniendi, non potest in
illis obtineri. Et quia videtur esse contra
mentem Pontificis, vt tanta solemnitas ad tantil-
la Capella trahatur angustias. Sic docti non
nulli.

Potest quidem. Quia prædiūm, seu grangia (in
quit Tuschus lit. G. concl. 48. num. 1.) est membrum
Suppositum Monasterio, in quo extat Oratorium
ad celebrandum. Ergo si in toto Monasterio, seu
ad ordinarij potest Iubilæum lucrari, poteris
etiam in prædiis, que sunt pars Monasterij. Cer-
te omnia suburbia, prædia, villa, vici, horti, virti-
daria, grangia, & alia loca subiacentia alicui Ci-
uitati comprehenduntur in favorabilibus sub Ci-
uitatis illius nomine, illiusque priuilegiis poten-
tiam in secularibus, quam in Ecclesiasticis:
Ergo hac prædia cùm ad domum Societatis
pertineant, fruentur hoc spirituali Iubilæi pri-
uilegio, quo in Ciuitate fruuntur Societatis
domus, quibus subiacent. Viri doctissimi ex
nostris satis hanc mentem probabilem esse pu-
tant.

Suppositis Pontificum indultis, ex quibus con-
stat, concessum esse Religiosis, in suis prædiis
Oratoria erigere in quibus Eucharistia ministre-
tur affirmatum non carere probabilitate secun-
dam sententiam. Quia altaria nostrorum præ-
diorum sunt Pontificis auctoritate erecta: ac
sub Ecclesiâ nomine comprehenduntur non mi-
nus quā fundata Episcopi auctoritate: Ergo cùm
sit hoc Iubilæum Ecclesiis Societatis concessum,
etiam Capellis prædiorum censendum est, siue
concessum. Nec obstat prima sententia ratio,
cum non sit necessarium, vt omnium Commu-
nio in cùdem Ecclesiâ fiat, sed quid vñusquis
que Ecclesiam visitet, in qua communicat. Pro-
fecto generalis Communio in cùdem fit Eccle-
siâ cum sit aliquâ in Ecclesiâ, seu Oratorio præ-
diorum; quia hoc cum Ecclesia principali So-
cietas in Vrbe existens vnam moraliter
componit Ecclesiam. Nec distantia loci ob-
stat, cùm sub nomine Ciuitatis veniant pra-
dia, aut territoria; etiam si longè per sex,
aut octo, aut plures leucas à Ciuitate di-
stant.

PROBL.

¹⁹⁷
*Obtinere non
potest in pre-
diorum Or-
torio obser-
vatur.*

¹⁹⁸
*Potest in pre-
diorum Or-
torio obser-
vatur.*

¹⁹⁹
*Hoc satis pro-
babile exhibi-
tur.*

ESCOBAR
Theat. Mon.
Tom. III. LV.

ET IV.

22 Theologiæ Moraliæ Lib. XIX.

PROBL. XLIX.

Ad Iubilai Communionis generalis luctationem; est, & non est necessarium Confessionem premiti, cum quis lethali crimen grauatur.

200 *S*inon grauatis lethali crimen, haud est necessarium confessari, ad huius Iubilai lucratif, premissionem. Quia Confessio requiritur à Pontifice Confessionem, ad acquirendum gratia statum, in quo existit qui confessus non est lethalis piaculi. Si autem crimen lethali graueris necessaria est Confessio ad hoc Iubileum imperrandum, nec Contritio sufficit. Quia in Bullâ prescribitur: *Christi fidibus vere penitentibus; & confessis.* Sic in simili clausula alio rum Iubileorum Angelus, Nauar. Peyrin. Cordu. Caccian. Sotus, quos citat Cruz cap. 8. dub. 6. num. 7.

201 *N*on est necessaria: sed sufficit Contritio. *Non est ne cessarium.* Quia Confessio non requiritur tunc ut conditio, ne posceretur, si diceretur: *Premissâ, aut fultâ Confessione.* Sed ut quis tollat obicem peccati ad lucrandum Iubileum, quod tollitur per Contritionem. Ita Sylvet. Rosel. Turrecremat. & alij, quos afferunt Henr. lib. 7. c. 2. Gerfon, Ioan. Andt. & Felin, quos citat Suar. tom. 4. de panit. d. 52. f. 3. m. 1. F. 13.

202 *E*nisdem sum quodam Communionis generalis Iubileum mentis. Quia si copulariè hoc verba, *Reuentibus aut contritis, & confessi intellegentur,* semper cum Confessione effet necessaria Contrito perfecto, quod non est dicendum: sed si dicitur imperfecta Contrito, quae est Attritio, cum haec non sufficiat ad statum gratiae sine Confessione, Confessio requiretur, sensus ergo est distributius, vel disjunctius, id est, tam verè penitentibus, seu contritis, quam confessis. Addiderim tamen ex Suario citato, Consulendum semper, ut quoties forma indulgentiae, aut Iubilei huiusmodi fuerit, actualis Confessio praemittatur. Si fieri possit, ut omne dubium possit auferri. Ceterum raro contingit, posse quem licite Eucharistiam, sola Contritione premisso, suscipiatur.

PROBL. L.

Requiritur, & non requiritur, ut ad huius Iubilai luctationem Communio de manibus Sacerdotis Societatis IESV suscipiatur.

203 *V*sici necessarium est è manibus Sacerdotis Societatis nostræ. Quia prescribitur in Bullâ *Neceſſe est, ut la hâc, ut geratur generalis Communio Sollicitudo Societatis Clericorum Regularium dñe Societatis.* In Bullâ vero Pauli *dicobatur: Tempore Communionis generalis per Clericos Regulares Societatis IESV facienda.* Ergo per ipsos Communio ministranda. Alicui haec intentio probabilis obicitur.

204 *N*on est necessarium suscipi Communionem Neceſſarium è manibus Sacerdotis Iesuita. Quia in prefatis verbis Bullæ non exigitur, quod immediate per

se ipsos Communio ministretur: sed quod eorum curâ, studio, ac diligentia id fiat. Has enim significaciones importat verbum *Sollicitudo.* Ad Cor. 2. c. 11. vbi est: *Instans mea quotidiana, Sollicitudo omnium Ecclesiarum, Alia versio est: Incumbens mihi quotidiana cura omnium Ecclesiarum.* Et cap. 8. *Abundans in omni sollicitudine, alij, omni diligentia, & infra. Sed per aliorum sollicitudinem, alij, per aliorum studium.* Ita dictissimi nostre Societatis viri Granado, Ruiz, Matthæus Rodriguez & alij apud Quintanad. *Apendix. l. dub. 3. n. 6.*

Satis esse existimo Eucharistiam suscipi à quoquaque Sacerdote seculari, vel Regulari cuiusvis Ordinis in Ecclesia, vbi Communio generalis celebratur: nec enim idcirco non fit Communio Clericorum Societatis sollicitudine.

PROBL. LI.

Ad commonendum populum de Communionis generalis Iubile, tempore Interdicti, possunt, & non possunt Campane pulsari.

205 *S*abbatho antecedenti assolvent in nostra Societate, & summo mane Dominicæ diei pulsari Campana solemniter, ad Iubilei Communionis notitiam. Certè Interdicti tempore pulsari non poterunt. Quia ex cap. *Almamater*, tempore Interdicti ad nullum diuinum Officium fas est pulsari: sed administratio Eucharistie solemniter facta à Sacerdote vel vestibus sacris in sacrificio, vel extra Sacrificium Superpellico, & Stola induito, est officium diuinum: Ergo ad illam utpote talen extenditur prohibitio illa, quod nequeat pulsatus campanis celebrari. Major constat ex illo Capite. Minor probatur ex communi Doctorum, qui ut ait *Filiuc. tom. 1. tract. 1. 8. cap. 3. num. 78.* docent, *sub nomine diuinorum Officiorum omnia illa prohiberi, quia substantialiter diuina sunt, & non exercentur nisi ab Ecclesia Ministris ad id deputatis.* Talis abique dubio hac administratio est: ergo. Sic ex Rordig. mente *tom. 2. quest. Regul. q. 109.*

Interdicti tempore poterunt campana pulsari. **207** Quia licitum est pulsari campanas Interdicti pulsatim ad conuocandum populum ad alias sunt, actiones, seu munia etiam Ecclesiastica, aut facra. Bonac. d. 5. de Interd. part. 4. num. 7. Hentiq. lib. 13. cap. 46. num. 1. & alij. Ergo si ad indicandum populo aliquam rem, que non sit Officium diuinum possunt pulsari campana, pulsare licet etiam ad monendum populo, Societatem nostram habere hoc indultum concessum à Pontifice, ut omnes, qui in nostra Ecclesia communicauerint, indulgentiam plenariam lucentur: & ad notificandum solemnitatem Dominicæ sequentis, in qua solemniter manifestabitur Eucharistia: & ad excitationem memoriam fideium, ut ad Confessionem, que tempore Interdicti prohibita non est, se preparant. Et quia manifestatio solemnis Eucharistie & illius adoratio extra Sacrificium etiam ad campana sonatum licet tempore Interdicti. Ita Henr. l. 13. cap. 45. n. 2. Bonac. d. 5. p. 3. §. 2. n. 1. Rordig. tom. 2. q. 109. Ludou. de Torres l. 6. d. 48. dub. 2. Hoc

Sectio II. De Iubilao Problemata. 23

Hoc mihi non modo probatius, sed ferè certum censeo, nec obstat existimatio, quod populus intelligat ex campanarum pulsatione excitari animos fidelium ad recipiendam Eucharistiam pro Iubilao locando: cum enim datur alia causa, que omnino adaequata, ac sufficiens sit ad huiusmodi pulsationem licet tempore interdicti praestandum pro omni populo, licet hec fieri potest; quia ex causa aliqua de novo superueniente, licitum est, ab omni dispositione recedere, iuxta l. de iure, §. ex causa, ff. de interrogat. alt. C. non debet, de consanguinitate & affinitate. C. suggestum, de decimis. & Decimū consil. 335. vol. 2. Fatoe quidem administrationem Eucharistie solemniter factam, ut assolet in hoc Iubilao, sub diuinorum Officiorum appellatione comprehendendi, atamen asseruerum non prohibebti in hac solemnitate campanarum pulsationem. Quia ipso cap. Alma mater, hac solemnitatis vietetur exclusi. Adiutorius preterea, quod singularis diebus in Ecclesiis & Monasteriis Missa celebrantur, & alia dicuntur diuina officia, sicut prius, submissa tamen voce, ianuis clausis, ac interdictis exclusi, & campanis etiam non pulsatis. Vbi sub diuinorum Officiorum appellatione, ad quae campana pulsatio prohibetur, intelligi solum Horas Canonicas, & non alias preces seu actiones, etiam si pro diuino Officio alias reputentur, mihi probable videtur ex ipso Capitis contextu, cum ibi solum agatur de Officio diuino, in cuius assistentiā distributiones quotidianas Canonici, & Clericū lucrante. Vnde immediatē adiicitur: Etiam Canonici, quam Clerici Ecclesiastri, in quibus distributiones quotidianae illis, qui Horis Canonicas interficiunt, Canonicas tribuantur, si ad Officia non venerint supradicta, distributiones eadem amittant, sicut Interdicto perderent non existente, si diuinis officiis non adessent. Canonicis autem, & Clericis solum pro Horis Canonicas, regulariter loquendo, distributiones haec competunt, non vero pro administratione Eucharistiae, ad quam nunquam campana sonitu aduocantur. Vnde haec clausula subsequens antecedenter declarat, ut moris esse in utroque Iure, docet Tusch, tom. I. lib. C. v. clausula fol. 464.

CAPVT X.

Circa Iubilare Quadragesima
Horarum.

VESTERIIS scaturire Quadragesimum numerum ex Scripturā constat, quo quidem D. Ifidorus de Eccles. officio, lib. I. c. 37. recentur Pontifices ergo diuina huius numeri mysteria colentes ad Christi Domini gloriam, populique Christiani utilitatem Quadragesima horarum Iubilaa instituerunt. Documenta Urbani VIII. cl. nullam. Omnibus Christi fidibus utriusque fidei verè penitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui Orationi Quadragesima horarum de licentia Ordinaryi conuenient in Ecclesia Presbyterorum Societatis IESV Hispalensis, per aliquot temporis statuum deinceps interfuerint, & ibi pro Christianorum Principi concordia, heresim extirpatione, ac sancte

Natus Ecclesia exaltatione pias ad Deum preces offerint: plenariam omnia peccatorum suorum indulgeniam, & remissionem misericorditer in Donino concedimus. Similis est omnium circa hoc Iubilatum Pontificarum Bullarum clausula.

PROBL. LII.

Necessarium est, & non est, orationem effe continuam per has Quadragesima horas, ita ut in Ecclesia, ubi hoc Iubileum obtinetur, semper aliqui, vel aliquis orationi insitent.

Es necessarium. Quia idem Urbanus Octauius in Bullā, quam indulxit anno 1641. Au- 210 gusti 31. Sic ait: *Qui orationi Quadragesima horarum continuatarum, non autem interpolatarum, de licentia Ordinarij &c. Ergo Orationis continuatio omnibus Quadragesima horis exigitur: nec enim alter verum erit in tali Ecclesia Orationem Quadragesima horarum continuatarum haberi. Sic aliquis modernus in manuscriptis doctus quidem, sed scrupulosus verborum trutinatur.*

Continuatio hæc Orationis non exigitur à 211 Pontifice ad hoc Iubileum obtinendum. Quia Non est ne- vox illa *continuatarum* Quadragesima horarum celarium. non supra Orationem, sed supra tempus applicatur. Sensus enim est, hoc Iubileum concedi, aut durare per Quadragesima horas continuata. In Bulla Iubilazianini 1624. Sic: *Monialibus similiiter verè penitentibus: que tempore orationis praedita in suorum Monasteriorum Ecclesiis oraverint, plenariam, &c. An in praefatis Monialium Ecclesiis continua per Quadragesima horas oratio requiritur? Minime, sed tempus solum Quadragesima horarum assignatur, in cuius aliqua particula vnaqueque Monialium orare valeat. Ita Quintana. Apend. tract. 2. dub. 2. n. 6.*

Tertè si hæc continuatio sine villa interruptione tanquam conditio aut diligentia requireretur, nullus sciret, an diligentias necessarias perficieret ad hoc Iubileum praestandum: nec in ipsius potestate esset, eas exequi: si quidem ignorat, ratiō continuat sit oratio, nec eam continuare facere posset: & quod vnius Iubileum lucratetur, à plurimorum voluntate, ac diligentia penderet.

212
Idem afferit.

PROBL. LIII.

Septennium huius induci incipit, & non incipit à die ex quo ad notitiam peruenit eorum, in quorum gratiam concessum fuit.

Certum est, anē notitiam huius Iubilai 213 statim in quorum gratiam conceditur. Anē notitiae septennij tempus non incipere. Quia ignorantia Jubilai facta non currit tempus, vt ex l. Quandiu c. qui admitti non in hoatur septenniū huius Iubilai. ins. 1. 11. q. 4. n. 38. & Cald. Pereir. de resignat. l. 11. q. 7. n. 13. Quæsirom tamen, num septennium huius Iubilai necessariō computandum sit ex quo ad notitiam

24 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

notitiam venit eorum, in quorum gratiam est concessum; vel pro ipsorum arbitrio differvat post duos aut tres annos, post quis per septennium integrum duret?

214 Necessario computandum est à die facta necessariae. Quia horum Iubilæorum indulx maximis et mē assimilantur Pontificis Epistolis, quæ quidem vni habent legis postquam publicantur modo, quo publicari solent. Certe hanc esse Pontificis mentem, in Bullâ Cruciatæ exprimitur, cuius septennium à die publicationis inchoatur. Sic viu docti in manuscriptis, quod probabile esse existim.

215 Non est necessario computandum septennium à die facta notitiae, sed pro eorum, quorum gratia indulx fuit expressum, arbitrio diffiri poterit. Quia Pontificis intentione esse videtur, ut fideles per septem annos huius Iubilæi gratia in hac Ecclesiâ vel illi fruatur, nec determinat hos potius, vel illos annos futuros mediate, vel immediatæ sequentes concessionem, vel publicationem: cum non dicat, Præsentibus ad septennium subsequentes validus. Sed tantum: Præsentibus ad septennium validus. Hanc sententiam esse satis probabilem asserit Quintanad.

216 Et subscriptam, sic explicans clausulam, Præsentibus ad septennium validus. Huius Iubilæi concessio per septem annos est duratura: siue concedo, ut septem annis hanc plenariam indulgentiam septies fideles lucrari possint. Si vero in Iubilæi indulx experientur, quod anni inciperent à die editionis literarum Apostolicarum, vel à die publicationis ipsarum in singulis locis, ut exprimitur in Cruciatâ: haud dubium quin ab eo die inciperet septennium; intentione enim Pontificis indulgentiam concedentis tunc pateret. Hac probabilitate alterius. Consul tam, ut quam primum Iubilæi indulx ad eos, in quorum gratiam, siue ad quorum instantiam conceditur, perueniat, publicari, & obtineri faciat, ita ut primus annus incipiat, si fieri posset, a primo anno; in quo Apostol. literæ sunt receptæ.

P R O B L . L I V .

Valet, & non valet hoc Iubileum: si pro eodem tempore in eadem Ecclesiâ aliud quodcumque iam concessum extet.

217 Regula quinquagesima septima Cancellariae statuit, duas Indulgencias esse incompatibilis in eodem loco, si nulla facta fuit mentio prioris in posterioris imputatione. Igitur si pro eodem tempore in eadem Ecclesiâ aliud quodcumque iam concessum existat, hoc Iubileum non valebit. Quia id aperte clausula Bullæ exponit: Volumus autem, ut si alias Christi fidelibus in dictâ Ecclesiâ, præmissa peragenti aliquam diuinam indulgentiam perpetuum, vel ad tempes nondum elapsum duraturam concesserimus, praefentes nullæ sint. Certe particula, Aliquam aliam indulgentiam videtur omnes alias indulgentias similes vel dissimiles ab illâ Ecclesiâ eò die videntur excludi. Hoc viris doctis sed scrupulosis probabile sic vistum est, ut non audeant, ad oppositam inclinare.

Certe hoc Iubileum valet, licet pro eodem tempore in eadem Ecclesiâ aliud exter iam concessum, dummodo quodam aliquas, vel aliquam circumstantiam sit dissimile. Quia constat, ex consuetudine optimâ legum, ac priuilegiorum interprete, ita hanc clausulam esse intelligentiam. Vnde si unum Iubileum conceditur visitantibus D. Ignatij altare, aliud inuisitentibus D. Antonij Capellam, vel Ecclesiæ in communione. Vel si unum conceditur à primis Vesperis usque ad solis occasum, aliud per Quadragesima horas, &c. Regula Cancellariae & clausula Bullæ non habet locum, atque adeo, si unum tantum ex his circumstantiis ac similibus unum Iubileum ab aliis differat, licet in aliis conueniat, ut únique perseuerat, ac pro diuerso habetur. Sic viri, quos confutuli admodum doctrinâ conspicui.

Hoc teneo, ratus, illa verba, Aliquam aliam indulgentiam sic esse exponenda: Aliquam aliam in eisdem summitti. Aliquam aliam indulgentiam cum eisdem circumstantiis, seu omnino similibus quod ad locum, tempus, personam diligenter, &c. Verum cum hac grata, fauor sit Principis, latè est intelligenda: & latè explicandam esse indulgentiarum concessionem, Sua-rius d. 52. numer. 2. & Henr. lib. 7. cap. 30. affirmant.

P R O B L . L V .

Licit, & non licet, aliquid dare, vel accipere pro huic Iubilei expeditione.

NON licet. Quia aperte circa id Pontifex in Bullâ suam mentem exponit. Volumus autem, quod si pro presentatione, admissione, vel publicatione præsentium aliquid vel minimum detur, vel sponte oblatum recipiatur, praesentes, nulla sint re ipsa. Ergo vel sponte oblatu minimè possunt acceptari.

Licit planè. Quia ex aliis decretis Pontificum constat solummodo prohiberi quamcunque exactionem, solutionem lucrum, quæstum, quæ quo-vis modo emptionem, aut venditionem redoleant in Iubilæorum, ac indulgentiarum concessionem, aut expeditione. Ita prohibetur in Iure c. de simonia, aliquid dari ab eo, qui ordinatur. Et in cap. sicut Episcopum 1. q. 2. præl. ibitum Episcopis, ac ministris eius, ne aliquid pertinet, & in cap. 1. §. penult. de censib. in 6. Prælato Diocesis suam visitanti indicitur: Causat, nè ipse, aut quisque suorum aliquod munus quodcumque sit, & qualitercumque offeratur, presumerat accipere. In his, ac similibus casibus non quilibet datio, vel accipio, ut simoniacâ prohibetur, sed ea tantum, quæ fiat intucri Religionis, vel iustitia in tali materia: & quæ aliquo modo spectat ad commutationes voluntariae sacramentorum, ut tales sunt cum eam iniuria, ac vilipendio.

Prima sententiam parum probabilem, immo omnino improbabilem esse iudico, experimento sciens pluribus titulis foliis aliquid dari, & accipi pro presentatione, admissione, aut publicatione sicut Iubilæorum. Potest quidem dati, & accipi munus aliquod titulo gratiarum, quia feliciter me gratum cupio Notario, ab leuiatori, referendo, vel cuivis alteri officiali exhibere. Potest titulo laboris in ea impensis, quia dignus mercede suâ, qui aliquie in huiusmodi expeditione

Sectio II. De Iubilæo, Problemata. 25

tione laboris impedit. Potest ratione sustentationis; ex officio enim presentandi, ac publicanandi habeat indulgentias Officialis alitur. Et salarium alium de assignatum non habet. Potest duci aliquid titulo redimenda vexacionis; scio enim, officiam hunc minimè literas expediturum, immo eas indulgentias impediturum, ni ei donum, aut pecunias exhibeam. Haud mihi persuadebo, Pontificis mente esse, quod res ita magni momenti, nempe Iubilæi lucratio pendas tum ex re ita exigua, ut et largitio, & acceptio munus liberatior dat, & iuste ex iusto labore accepti: tum ex impiâ Officialis voluntate no-lentis indulgentiarum indultum presentare, vel publicare, nisi ipsis labori satisfiat.

Circa Iubilea pro Christi, Deiparae, & sanctorum Festis concessa.

PROBL. LVI.

Festinatus celebrat à proprio die extra-bitur, & in aliud transfertur: Potest, & non potest in eum diem Iubileum pro ea Festinatus concessum simul trans-ferrari.

123 **P**OTEST Iubileum transferri, cùm Fessum transfetur iustam ob causam v.g. si incidat in Audentus aut Quadragesima Dominicam. Quia Iubileum concession fuit à Pontifice in Diui illius honorem natalicio eius die, id est, ad vitalis illius mortis celebrandam in flaminam. At dies, in quem transfertur Officium & Missa, est veluti Diui illius natalitium. Adeo Pontifices huiusmodi con-cilii Iubilæa, ut numerus fideliom ad honorem Diui augeatur, Iubilæi obtinendi spirituali illecatum, quod quidem augmentum non translaro Iubilæo, fructabitur: ergo credendum est Pontificem noluisse Ecclesiam Diui tanto honore ex populi frequentia, fidelisque tam præ-dinute plenaria indulgentia priuare thesauro. Hac aliquasi probabilitate sententia fulcitur.

124 Non potest Iubileum transferri, cùm officium & Missa in alteram diem transfiratur. Quia Iubileum concedatur in crandum in die praefixa pro gloriosissimo horum Diuorum transitu, & ita huic affixum est Iubileum, & in aliud hand potest diem transferri, nisi alter indulto exprimitur. Vide frequenter ipsam diem in qua ad æternam patiam evoluntur exprimit Pontifex in concessione Iubilæi indulto. Ita Azor. tom. 2. l. 1. c. 28. Pagini, prel. 1. l. 1. c. 2. n. 10.

125 His haerens Doctoribus addiderim, etsi non exprimat Pontifex transitus diem, sed solum dicat, In Festinatis, vel in diebus Festis, vel In Feste horum, vel illo Sanctorum sub horum nominibus minime alium diem à die proprio, Festinatis, seu transitus illorum esse intelligendum. Nam enim iuxta Ecclesiæ ritus proprios, & simpliciter iorum Festum dicitur. Sic Rabanus Maurus de institut. Clericor. lib. 2. c. 43. Quod au-tem non possimus de Pontificis voluntate præsumere validum mihi est argumentum Bulla Vr-Escob. & Mend. Theol. Moral. T. III.

bani VIII. quā indulget, vt Iubileum pro Feste D. Francisci Xauerij possit cum eius Officio, & Missa transferri, cum occurrit primâ Adventus Dominicâ, & in diem sequentem Lunæ translat. Vnde constat haud posse transferri Iubilæa, nisi ex speciali Pontificis indulcio.

PROBL. LVII.

Notarij Regij, seu pro seculari foro depu-tati subscriptio sufficit, & non sufficit, vt Iubileorum huiusmodi transumptis fides adhibeatur.

A It Pontifex: Volumus autem, quod praesen-tium transumptis etiam impressis, & manu ali-
cuis Notarii publici subscriptis, & sigillo aliquo
personæ in dignitate Ecclesiastica muniti, eadem
fides prorsus adhibeatur, quæ praesentibus adhibere-
tur, si forent exhibita. Qualemvisnum Notarij
Regij vel pro seculari foro deputati subscriptio
sufficiat ad hoc, vt omnes transumptis horum
Iubileorum seu Bullarum præfatarum clausulam
continentium fidem adhibeant: Non est suffi-ciens. Quia Regij Notarij ad longè diuersam
jurisdictionem, & Tribunal spectant, & in Eccle-siasticis causis, secularis fori Judices, Ministri,
vel Officialis minimè se se valent ingerere. Sic
docti viri in manuscriptis suè opinati non om-niò improbabiliter.

Regij Notarij subscriptio sufficit omnino.
Quia in generali Pontificis loquitur, statuens cu-iuslibet Notarii manu scriptum transumptum
exarari posse: haud exprimens, quod Notarius
futurus est debet Ecclesiastici fori: Ergo gene-
raliter Statutum est accipiendo. *Nam gene-
raliter loquens generaliter est accipienda; iuxta l.
prestito, ff. de publico, in rem act. l. in fraudem, § ult.
de testam. militi. l. prima §. generaliter ff. de leg.
præst. ex Surdo, Angelo, Riccio, Ioan. Narbo. sc.
ste Simone Barbola principiis tur. lit. L, n. 29.* Et
hanc generalitatem docet dictio, *Alicuns, quæ
sigillatim omnes Personas absque villa distinctio-
ne comprehendit. August. Barb. de dict. dict. 14.*

Hoc milii ferè certum. Sed adhuc ex sen-tentiâ Baldi in marg. decret. littera N, ver-
bo Notarii, confirmo. *Quaro. (inquir.) au-
Notarius, Imperiali autoritate possit exercere of-
ficium in terris Ecclesiæ, vel in causis spirituali-
bus: vel Notarius Papa in terris Ingery in tem-
poralibus. Et crederem, quia sic. Quia hoc est of-
ficium, non iurisdictione. Ergo etiamquis Notarius
sit fori secularis in Ecclesiasticis, & spiritualibus,
qualia sunt Iubileorum indulta suum valebit
minus exercere. Imò me iudice, non est
merè Ecclesiastica, ac spiritualis actio, cùm
quam hic Notarius officium exercet, haec in-
dulta subscribendo: cùm solum sit testificatio
quædam ad fidem humanam inducendam de li-
teraturum Apostolicarum veritate. His tamen non
obstantibus, semper consulemus, vt haec Iubila-
rum & Apostolicarum literarum indulta Ec-
clesiastici Notarij manu subscriptibantur.*

226

227

228

*Hoc ferè cer-
tum est mihi.*

*EISCOBAR
Theol. Mor.
Tom. III. IV.*

C CAPUT

26 Theologiæ Moralis Lib. XIX.



CAPVT XII.

Circa Iubilæa ac indulgentias Regularibus, corūmque Ecclesiis concessas.

229
*Innumeræ ferè sunt indulgentiae plenariae, & non plenariae Religio-
giis expressæ indulgentia.*

INNUMERÆ ferè sunt indulgentiae plenariae, & non plenariae Religio-
giis omnibus, eorūmque Ecclesiis, Festis, benefactoribus, famulis, ac cognatis à Pontificibus concessas. Legi Mendicantium compendium veri. *Indulgentia à folio 273. ad 311. & Hieronym. Rodriguez q. Reg. resol. 77.* Sed cum ad præfatum numerum haec accrescissent, ac de omnium illarum testimoniis non ita dilucide constaret. SS. D. N. Paulus V. anno 1606. per suam Bullam in formâ Brevis reuocauit omnes, & singulas indulgentias per Antecessores suos concessas omnibus Regularibus cuiuscumque instituti, & sexūs, illaque annullavit, & loco earum alias de nouo concessit, priores non mediocriter limitando. Tenor huius reformationis, & nouæ concessionis habetur in constitutionibus Prædicatorum cap. 30. fol. 379. Lege nostrum Quintanadū. *Apend. tr. 4. dub. 1. num. 2.* Nonnullas difficulatates enodabo.

PROBL. LVIII.

Religiosi facti Episcopi fruuntur, & non fruuntur sue Religionis indulgentiis.

230
Fruuntur.

FRUUNTUR planè. Quia ipsi non solum Religiosi sunt ad tria vota substantialia quatenus Episcopali dignitatē non obstante obligati; sed etiam debent obseruantias regulares ad mortale, vel veniale obligantes amplecti, dummodo Pontificio muneri non opponantur: licet pœnis, pro eorum transgressione positis non subiacent. Sic ex D. Thomas Antoni. Sylvestri. Tabie. Turecret. Emanuel. Fulvio, & aliis Sanchez tom. 2. sum. lib. 6. cap. 6. num. 18. Igitur si Religionis oneribus subiaceant, debent & priuilegiis, ac gratis potiri.

231
*Non fruuntur propriis Sixti IV. quem afferit Eman. tom. 2. q. 99. reg. q. 80. art. 3. Sixtus IV. statuit, vi si aliqui fra-
tres Minores, aut Prædicatores ab invenerint habili-
tationem ad habenda beneficia Ecclesiastica, &
quod interim, vel postquam eam haberint, valeant
residere in domibus dicti Ordinis, & ibidem came-
ras, ac volvem atrium, & passim in Capitulo ge-
neribus, & priuilegiis eorum. Frairum, & Ordinarii
gaudere; quod isti, alio postquam aliquod benefi-
cium, pacifice adepiti fuerint, aut pro Capellaniis in
aliquibus Ecclesiis deforvire cœperint, concessionibus
predictis nequeant gaudere, aut aliis consimilibus
Ordinem concernentibus nisi de Prelatorum con-
cessu. Eraddit Emanuel: Idem statuit de promo-
tione ad Caibulares, ac alias Dignitates Ecclesiasticas. Itaque Episcopus Religiosus sue Religionis priuilegiis non gaudet, siquidem regulares obseruantias, singōque Monastice discipline non subiicit. Ita Mendos. de priuilegiis ad instar Gloss. 3. n. 11, & Sanch. citatus n. 33.*

Ego autem non ita generaliter tenendum existimo, vt prima fuit sententia: nec tam stri-
ctè, vt secunda nititur. In primis assero solum Quid sen-
prohiberi in Sixti decreto, quod Minores, & tiam, expone.
Prædicatores ad dignitates Ecclesiasticas pro-
motos priuilegiis sui Ordinis non fruuntur. Unde minimè ad aliorum Ordinum Regulares de-
bet extendi quia penalis lex, qualis est hac
prohibitio extendi non debet ad alios casus, vel
personas præter assignatas, etiamque inter hasce, &
alias similitudo rationis inueniatur. Deinde putarim, Minoribus, ac Prædicatoribus factis Epis-
copis concedi posse à Prælatis sue Religionis, vt præfatis priuilegiis & indultis valcent: quod
innuit Sixtus, dum ait: *Gandere non posse priuile-
giis, nisi de Prelatorum consensu.* Igitur indul-
gentias omnes Regularibus in generali conce-
tas, si haec non petant lucrantes viuentes, intra
clastra, huiusmodi Episcopos etiam Minorum & Prædicatorum (de aliis enim non dubito) frui
existimo; quia non est credibile, eos illis velle
priuare Religionum Prælatos. Nec æquum est,
vt qui Pontifici obediendo perfectiore initia-
tum, tot spiritualibus diutius ab ipso Pontifice
priuerit. Itaque me auctore, sufficit, vt lucren-
tia indulgentias, Prælatos Religionum aperte
non contradicere, dum enim non contradicunt,
supponunt annuere.

PROBL. LIX.

*Apostata, ac Fugitiui à Religione fruun-
tur, & non fruuntur Iubilatis, &
indulgentiis in Defunctorum
gratiam expensis.*

Scio, Apostatas eo ipso, quod Religionem 233
deserant cum animo ad eam non reuertendi, *Nonnulla sup-*
nec ad alium Ordinem transeundi, priuati Iubi-
lavorum, ac indulgentiarum priuilegiis: cum ve-
lut separatum ab Ordine membrum à Pontifice
reputentur. Assero sine cunctatione, Fugitiuos,
eos scilicet, qui è Monasterio recesserunt absque
Superiorum licentiâ, etiam indultis esse priuatos:
cum video, hos, eorūmque receptores, & reten-
tores non secūs ac apostatas, eorūmque recepto-
res, & auxiliatores esse excommunicatos ab In-
nocentio, Clemente, & Sixto IV.

Ad quæstionem autem voco, nūm hi Apostataæ 234
ac Fugitiui fruuntur Iubilæis, & indulgentiis in Nonfruuntur
defunctorum auxilium expensis? Non fruuntur
Iubilæis, pro defunctis applicatio supponit ap-
plicantis ad fruendum hoc induito aprobitudinem.
Ergo si aptus non est ad fruendum priuilegio,
quomodo poterit id animabus Purgatorijs appli-
care nemo enim dat, quod non haber. Collegi ex
Sanch. l. 6. sum. c. 8. n. 34. ac Hieron. Rodrig. 99.
Regul. ref. 11. m. 29.

Fruuntur quidem. Quia huiusmodi Iubilæa, & 235
indulgentiae pro animabus Purgatorijs applican-
tiae potius illius quam à Apostatis, ac Fugitiuis, per
eorum tamen diligencias conceduntur. Nec con-
gruum est, vt defunctorum animæ puniantur hac
parte, scilicet indulgentiarum, ac suffragiorum
carentia, ex Apostatarum, ac Fugitiorum delicto,
contra illud Ezech. 18. *Anima, q. 6. peccauerit,*
ipsa morietur. Quod refertur in cap. *Iam itaque*
1. q. 4. Quam mentem Quintanad. *Apend. tr. 4.*
dub. 7. innuit esse probabilem.

Equidem

Sectio II. De Iubilæo Problemata. 27

136 Equidem existim. Apostamat, & fugituum
datur m. ab eo tempore, quo resipuerit, & intentionem
habuerit ad Religionem remeandi, posse, si in
gratia sit falso per contritionis Actum, lucrati
omnes Religionis indulgentias viuis concessas:
& etiam si in peccato mortali sit, dum hunc ani-
mum redeundi habeat, posse lucrati omnes,
quas pro Animabus Purgatorij posunt reliqui
fus Religionis alumni. Si autem redeundi non
habeat animum omnino cum tanquam mem-
brum putridum ab spe lucrandi pro defunctis
Iubilæa excluderet.

PROBL. LX.

Inter Regulares diversi Ordinis corū-
que Ecclesiæ datur, & non datur
tam arcta circa Iubilæa communica-
cio, ut si una Religio fruatur quin-
que, verbi gratia, Iubileis pro quinque
Sanctorum Solemnis, totidem alia
Religiones Mendicantes ad similem
Diuorum numerum potiri existen-
tur.

137 Vppono ex tom. ultim. de triplici Statu,
quem Deo auspice edam in lucem, dari com-
municationem privilegiorum inter Religiones
Mendicantes, quod conitat ex pluribus Bullis
& induxit Sixti Quarti, Innocentii Octauii, Ale-
xandri Sexii, Iulii Secundi, Leonis Decimi, Cle-
mentis Septimi, Eugenii Quarti, Gregorij Noni,
Pij Secundi, & Quinti que videti possunt in
compendio Mendicantium V. Communicatio,
apud Eman. tom. i. q. 55. Porro ex Bullâ Leonis
Decimi difficultas insurget, an Iubilæa omnia,
quaे à Pontifice conceduntur visitantibus Eccle-
siam aliquius Ordinis in aliquo die, visitantes di-
uersa Religionis Ecclesiæ in die alterius Diu-
illius Religionis possint obtinere?

Profecto cum in Festis D. Francisci, Antonij,
Ludouici, Bonaventura, Bernardini, Didaci, ac
Clarae v. gr. aliquam Ecclesiam Ordinis Minorum
inuisentes Iubilæum affequuntur: eadem
indulgentia videtur concedi visitantibus
Ecclesiam Prædicatorum in festivitatibus S.S.
Dominici, Petri Martyris, Thomae Aquino,
Catherina Senensis, & Hyacinthi. Quia sic in
Bullâ Leonis Decimi praescribitur anno 1519.
expensa. Ita Rodriq. viterbeus Emanuel sequitur
Hieronymus qq. regul. resol. 116. n. 52. fatus: Vn-
de Indulgencia plenaria concessa à Sixto V. visitan-
tibus Ecclesiæ Fratrum Minorum in Festis suorum
Sanctorum: eadem concessa pro Ecclesiæ,
Prædicatorum in Festis suorum Savicularum, &c
contra.

138 Minime concessa est Indulgencia visitanti-
bus Ecclesiam Prædicatorum in Festo suo-
rum Diuorum, qua concessa fuit visitanti-
bus Ecclesiæ Minorum in suorum Sanctorum
Solemnis. Quia illa Bullæ exppositio à præ-
dicto abhorret, & eas impugnat consue-
tudo, secundum quam priuilegia esse interpre-
tanda compunis fert Doctorum sententia: Si
quidem ea declarat, quando lex obligat, vel non
obligat. Mandatis tom. 2. questione 44. artic. 4.
Escob. & Mend. Theol. Moral. T. III.

Admisserim, posse Religiosos Mendicantes
in die, verbi gratia, D. Francisci suâ in Ecclesiâ Primam sen-
tientiam rite. Iubilæum illius Diui lucrari, nec esse necessa-
riam Ecclesiæ D. Francisci visitationem. Sed
prima sententia doctrinam nullatenus admittendam esse reor. Quia vñquam cogitauit, quod
vi Iubilæi concessa die D. Hyacinthi in Ordine
Prædicatorum, lucentur idem Iubilæum fideles
inuisentes Ecclesiæ Minorum in die D. Bo-
nauenturae; & D. Xavieri in Societate nostri;
& sancti Nicolai de Tolentino in D. Augustini
Ordine; & sic in aliis. Quoniammodo aperanda
est ista commutatio, si pro Sanctis Confessionibus
concessa quinque Iubilæa sint vni Ordini, & sep-
tem Confessores celebrantur in alio. Cur duo
ex his priuandi sibi Iubilæis illis? & cur porius
hic, quā ille Diauis Iubilæo caret? Aude-
bis tunc proprio arbitrio hos Sanctos, ac hos
dies porius, quā illos pro Iubilæum lucra-
tione eligere? Praeterea cum hæc omnia Iubilæa
ad tempus concedantur, debent eo ipso, quod
tempus Iubilæi pro D. Francisco concessum fi-
niatur, finiri omnium Patriarcharum Iubilæa, ni
aliunde ea concessa habeantur. Ergo Auctoram
venia futilem esse prioris sententiae probabilita-
tem existimo.

PROBL. LXI.

Regulares possunt, & non possunt sine Cru-
ciata Bullâ lucrari Iubilæa pro suis
Ecclesiis, concessa.

139 Vnt Iubilæa, & indulgentia concessa pro
Monasteriis, & Ecclesiis Regularium, seu
quas in illis lucrantur omnes fideles. Ho-
rum Ecclesiæ in die suorum Fundatorum,
aut Titularium, in Festivitatibus Christi,
Deiparae, & aliorum Sanctorum visitantes.
Quæ quidem Iubilea lucrari Religiosi non
possunt sine Cruciatâ Bullâ. Quia in ea prä-
cautetur, ne Religiosi possint lucrari nisi eas in-
dulgentias, quæ Ordinum Mendicantium Su-
perioribus, quæ ad eorum Fratres concessa sunt.
At non sunt concessa Iubilæa, quæ in eorum
Ecclesiis fideles lucrantur: Ergo hæc non va-
lent sine Cruciatâ obtinere, sic aliquis scrupu-
losus Bullæ trutinatur.

Possunt etiam in Hispaniæ Regnis Religiosi
sine Bullâ Cruciate huiusmodi Iubilæa lucrari.
Quia licet in Bullâ suspenso hæc de Monaste-
riis dicatur, intelligendum est de indulgentiis
concessis secularibus eorum Ecclesiæ visitan-
tibus, non de ipsis Religiosis. Ludouici de la
Cruz d. t. cap. 9. dub. 1. n. 9. verba expono. Mul-
ti Salmanticensi doctissimi per Ioannem à Cruce
Epit. lib. 1. cap. 6. dub. 1. 2. concl. 5. relati, offerunt
quod quando Bullæ post suspensionem omnium in-
dulgentiarum, gratiarum, & facultatum excipit
concessa Superioribus Mendicantium, quæd suos
Religiosos, exceptio ista intelligitur respectu indul-
gentiarum duntaxat: & videtur deduci ex contex-
tu, dum dicitur, quod suos subditos. Id enim de
indulgentiis potius verificar debet, tempore inde-
gentia plenaria concessa visitantibus Ecclesiæ no-
stræ Ordinis in præcipuis eiusdem Festivitatibus,
qua q. ad seculares suspenduntur, non vero quoad
Religiosos. Consonat Miranda Manu. q. 45. d. 1. 7.
Lon

F. ESCOBAR
Theol. Mor.
Tom. III. IV.
F. IV.

F. IV.

28 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

243
His hæres.

Longè ego probabiliorem hanc sententiam existimo, iustèque ab hisce Doctoribus Bullæ clausulam ita fauorabiliter explicari.

PROBL. LXII.

Religiosi in Hispania Regnis valent, & non valent lucrari Iubilæa & indulgentias uniuersis Christi fidelibus in generali concessas, sine Cruciatâ.

244
Non possunt
sine Crucia-
tâ.

Non valent Religiosi sine Cruciatâ lucrari omnia Iubilæa, & Indulgencias concessas omnibus fidelibus, v.g. in Granis, Imaginibus, & qua conceduntur recitantibus Psalterium, Circulum Virginæum, Horas Canonicas, Officium Beatae MARIE, & alias preces: Communicantibus, celebrantibus, ieiunantibus, vel alia pia opera certis diebus exercentibus: & his similia. Quia videtur Bullæ omnia hæc praecærere, dum ait: *Vt suspendere posse* (Commissarius dicto biennio durante omnes similes aut dissimiles indulgentias, aut facultates ab eodem sanctissimo Domino Nostrō (Pio Quinto) & sede Apostolica, vel eius auctoritate quibusvis Ecclesiis, Monasteriis, & in favorem fabrice Basilica Principis Apostolorum de Vrbe, uniuersitatibus, Hospitalibus, piis locis, Confraternitatibus, & singulari personis in dictis Regnis concessas, &c. Et quia coquerentur nullam indulgentiam, suspendi per Bullam quod ad Regulares, omnésque sine illa possè eos obrinere perinde ac si Bullam acceptarent; & vt lucrantur omnes, qui eam accipiunt. Sic vici docti, quorum opinio ratione fatis probabili niti nonnullus à me consultus iudicauit.

245
Sine Crucia-
tâ possunt.

Valent Religiosi sine Bullâ præfatas lucrari indulgentias, & Iubilæa. Quia huiusmodi indulgentia non conceduntur singularibus personis, sed toti populo Christiano; nec Monasteriis, Ecclesiis, Hospitalibus, Confraternitatibus, aut aliis piis locis quibuscumque: sed cunctis fidelibus Christianis: & consequenter non sunt de numero gratiarum, quæ in Bullâ conceduntur. Et quia cum Bulla loquatur cum fidei fous in Hispaniarum Regno existentibus, propt in illo existentibus, non prove fides sunt: (nam aliter omnes aliorum Regionum incolas comprehendetur) nequit suspendere indulgentias, que illis ut fidelibus ut sic, competunt. Ita Ludovicus de la Cruz d. 1. cap. 9. dub. 1. num. 13. Quintanad. Apend. tr. 4. dub. 12. 762.

246
Hoc est mea
sententia, qua
illustro.

Idem afferendum mihi censeo. Nam concessum uniuersis non suspenditur suspensiōne particularium, sed suspensiō, que sit à Commissario est concessionum particularium: ut pater hisce verbis: *Suspendemos quales querimus graciæ e Indulgencias concedidas à todas, y qualesquier Iglesias, y Monasterios, y Hospitales, Cofradías, y lugares pios, y personas particulares.* Ergo non suspenduntur indulgentias concessæ uniuersis fidelibus in generali, ut sunt indulgentiae Granorum, Imaginum, &c. Fauer huic sententie respondum, quod Ludovicus de la Cruz citatus nu-

mero 14. refert missum suile à Cardinali Pacheco Burgesem Archiepiscopum afferentem, non esse ex mente Pontificis revocare, vel suspendere per Bullam dictas Indulgencias. Nec ex his sequitur, Regulares ad nullas indulgentias luctandas Bullâ indigere. Nam si aliquibus Religiosis, aut particularibus personis in Hispania existentibus aliqua à Pontifice indulgentiae concedantur, illis sine Bullâ non fruenter. Nec Iubilæa, & indulgentias concessas sæcularibus, & sæcularium Hospitalibus, Ecclesiis, Confraternitatibus, Altaribus, ac piis locis Hispania poterunt Regulares sine Cruciatâ adipisci. Nec Iubilæa concessa pro solemnitatibus Ecclesiærum sæcularium. Nec indulgentias singulæ sumentibus ipsam Bullam concessas.

PROBL. LXIII.

Omnes utriusque sexus Regulares possunt, & non possunt in suis Ecclesiis lucrari omnia Iubilæa, & indulgentias concessas pro omnibus Christiani Orbis Ecclesiis, locis, & stationibus.

Possunt quidem. Quia Sextus Quartus Fratribus Minoribus obseruantæ, & Monialibus Sanctæ Clara, atque Tertiariis utriusque Sexus, & servitoribus Fratrum, & servitiationib. Monialium in Ecclesiâ exteriori, vel ubi quæstando extiterint, indulgentiam Sanctæ Mariae de Angelis, atque quascumque alias indulgentias generales iam plenarias, quam non plenarias alma Vrbis, dicendo quinque Pater noster cum totidem Ane Maria in suis Ecclesiis, ac si visitarent loca personaliter, ubi sunt ista indulgentia diebus suis, concessit. Sic Hieronymus Rodriguez resolut. 77. numero 47. Emanuel. tom. 1. question. quest. 58. art. 3. Qui quidem tom. 2. quæst. 87. art. 7. Similia alia indulta Leonis Decimi affert quidam indulgentias stationum Vrbis Hierosolymæ, & D. Iacobi: concessumque esse ab Vrbano Octauo huiusmodi indulgentiarum lucrationem citatus Hieron. Rodriguez testatur.

Minimè possunt. Qui Paulus Quintus per suam Bullam anni 1606. revocavit omnes, Non possunt. & singulas indulgentias per antecessores suos concessas quibuslibet Regularibus ac Monialibus, cuiusvis Ordinis: Ergo iam non possunt, hi præfatas indulgentias pro aliis locis concessas, propriam Ecclesiæ visitando lucrat.

Prima sententia adhæreo, ratione secunda infirmans. Quia in præfatis indulgitis non prima sententia conceduntur Regularibus indulgentias, sed facta adhærebit, cultatem ad lucrandum iam concessas sæcularibus, seu omnibus Christiani Orbis fidelibus: nè scilicet Regularibus necessarium sit, ad Ecclesiæ, & piis loca accedere, ac ea visitare, quibus sunt concessæ; sed satis sit, ut loco harum Ecclesiærum propriam inuisane. In Bullâ autem Paulus Quintus solum indulgentias Religiosis directe, ac principaliter concessas reuo-

Sectio II. De Iubilao, Problemata. 29

reuocat; non autem indulgentias secularibus concessas: nec priuilegia, & indulta Religiosis concessa sive circa indulgentias, sive circa alia.

PROBL. LXIX.

Iubilatum Sancte MARIAE de Angelis, seu de Portiuncula possunt, & non possunt fideles lucrari in Ecclesiis Monialium D. Francisci Regulam profidentium licet sub Ordinariorum non Regularium regime vivant.

Non possunt fideles in huiusmodi Ecclesiis ^{Non possunt} hoc Iubilatum obrinere. Quia expressè plura Pontificū indulta afferunt, se concedere, & communicare facultates, indulgentias, & alia priuilegia Fratrum Minorum, & aliorum Ordinum Monialibus Tertiatis seu Tertiij Ordinis nuncupatis de Pœnitentiâ, que sub eorundem Fratrum obedientiâ, ac regime vivunt. Sic Sixtus Quartus in Bulla aurea anni 1477. & in alia anni 1478. Bonifacius Octauus ut referatur in *Monument. Ordinis* fol. 32. Gregorius Decimusterius in ea, quæ incipit, *Ex benigna. anno 1515.* qui non solum omnia priuilegia Fratrum; sed hanc in particulari indulgentiam de Portiuncula lucrandam concedit Monialibus Tertiij Ordinis, que sub Fratrum regime vivunt; Ergo si non sub hoc, sed sub Ordinariorum obedientia vivant, hoc priuilegio, & aliis minimè perfruentur. Sic Hieronymus, Rodrig. *quaest. regul. q. 137. num. 10.* Ludou. de Miranda in *Reg. Tertiarior. c. 11.* & alij.

Fideles possunt Iubilatum hoc lucrari in Ecclesiis Monialium, qua Regulam D. Francisci profidentur, licet non sint sub Fratrum, sed sub Ordinariorum obedientiâ. Quia Sixtus IV. ad omnes Ecclesiis Ordinis Seraphici Patris sine exceptione hoc Iubilatum extendit ergo & extendit ad Ecclesiis harum Monialium, cum haec & harum Monasteria nominentur, & sint D. Francisci. Illam enim in Ecclesiasticis ritibus, & disciplina Religiofa, vt Patriarcham recognoscunt: & idcirco Franciscanae Moniales appellantur, sicut Augustinianæ, ac Benedictinæ, que Regulam D. Augustini, & Benedicti sequuntur, licet non degant sub Eremitatibus, & Monachorum huius instituti obedientia: Ita Emanuel *tom. 1. qq. regul. q. 58. a. 3.* *Monument. Ordinis* fol. mibi 68. concess. 123, & fol. 96. concess. 333.

Admissimus verum esse, quod Pontifices in Bulis relatis pro primâ sententiâ, concesserunt priuilegia, facultates, & indulta Fratrum Minorum, Prædicatorum, & aliorum Ordinum Monialibus sub obedientiâ eorum degentibus. Sed afferemus, eodem Pontifices, & alios in Bullis aliis sine hac limitatione, aut conditione absolutè concessisse hanc communicationem omnibus Monasteriis eiusdem Regule: quidquid sit, non degant, vel non sub Fratrum regime; Testor Clement. VII. in Bullâ inscripto, *Dum fructus uberes anno 1525 factum: Ipsorumque Fratres & Moniales (Ordinis Minorum S. Clarae ac Tertiij de Pœnitentiâ nuncupato.) Sorores, personas, Monasteria, domos, Escob, & Mend. Theol. Moral. T. III.*

*Ecclesiæ, & alia loca eiusmodi, omnibus, & singulis priuilegiis, immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, indultis, indulgentiis, peccatorum remissionibus, & gratis, quibus via Congregatiomibus dictorum Ordinum, aliorumque Ordinum Mendicantium quomodo libet concessis, & concedendis: nec non etiam, quibuscumque facultatibus, & gratiis sua professioni non contrariis Regulari obseruantibus, aliis Ordinibus quibuscumque non Mendicantibus quomodo libet concessis, & concedendis ut, frui, atque gaudere debere in omnibus, & per omnia, ac si generaliter concessa fuissent. Affertur ab Emanuele fol. 317. & fol. 50. alia affertur Bonifacij Octauii quæ incipit, *In fine Sedis.* Cùm ergo haec & similia indulta extent, & à nullo Pontificum sine in speciali reuocata: non debent reuocata censeri; quia necessaria erat specifica priuilegiorum horum reuocatio de verbo a verbum, ut ex Doctoribus docet Bonac. de priuilegiis. 1. q. 3. punc. 8. § 223.*

CAPVT XIII.

Circa Iubilatum Missionum Societatis IESV.

Hoc Iubilatum conceditur omnibus Societatis Sacerdotibus non solum solemniter professis trium, vel quatuor votorum; Sed etiam spiritualibus Coadiutoribus, qui gradum certum & speciale in Societate obtinent, & ad spiritualia in proximorum salutem exercitia destinantur. sic Bulla Pauli Tertiij, quæ incipit, *Exponi nobis & Iulij Tertiij quæ incipit. Exposit debitum. & Gregorij Decimiertij, Ascidente Domino. Imò conceditur etiam omnibus aliis, qui post biennium vota Castitatis, Paupertatis, & Obedientiae emiserint: cum hi iuxta Apostolica indulta veri Religiosi sint. Conceditur similiter Sacerdotibus Nouitii Societatis (etiam si tria vota, quæ deuotiois gratia ad primum probationis annum emittente assolent non emiserint) si mittantur, vt mitti possunt: apti enim sunt ad omnia Missionum ministeria exercendum. Quia in fauorabilibus Nouitii sub Religiosorum nomine veniunt, cap. *Religio*, §. *quamvis*: illisque omnia Iubila, & indulgentias aliis Religiosis professis concessas conceduntur. Imò Coadiutores temporales Missionum mitti possunt ad ministeria. Quia Pontifex Societatis IESV Religiosos mittendos esse, illisque Iubilatum concedi decernit. Ait enim: *Omnibus, & singulis d. Religionis Religiosis mittendis: non specificando Sacerdotes aut Sacris, aut minoribus initiati. Porro Coadiutores possunt alii Sacerdotibus ex Societate associati, quibus Pœnitentiæ, & Eucharistia administratio, ac predicationis munus incumbat. Hi autem exercere possunt plura, alia ministeria Missionum propria, qualia sunt, quæ in Regula 11. & 12. Missionum assignantur. Exercitorum spiritualium traditio, dissidentium reconciliatio, Christianæ doctrinae ad pueros, ac alios ruderis publica declaratio. Corporalibus etiam pietatis operibus, quantum spiritualia, permitte, & vires patientur incumbere poterunt.**

C 3 runt

*EISCOBATOR
Theol. Mor.
Tom. III. IV.*

30 Theologiæ Moralis Lib. XIX.

runt, ut infirmos præcipue in Xenodochiis iuuando,
¶ pauperes, ac in custodiis detentos, sublenando.
Igitur hi poterunt immitti.

PROBL. LXV.

*Qui à nullo Superiori mittuntur, possunt,
& non possunt Iubilæo, Missionum uti,
& eius indulxit potiri.*

254
Non possunt.

Quis Societas. Is v alumnus in aliquo op-
pido, vbi Societ. domus non est, ad longum
aut breue tempus diuersatur; negotiorū, aut ætri-
tudinis, aliā causa. Potestne tunc Iubilæum Mis-
sionum fidelibus publicare sine Superioris licetia,
indulxisse ipse Iubilæo potiri? Non potest. Quia
non omnibus Societatis Religiosis hoc Iubilæum
generaliter, aut specialiter conceditur. Sed solum
mittendis: Bulla sic: *Omnibus, & singulis dicta
Religionis mittendis.* At in prædicto casu sicut
non mittitur; ergo nec Iubilæum exponere, nec
eius frui valer indulxit. Hoc ex vi clausula satis
probabile videatur.

255
*Possunt pla-
næ.*

Potest quidem Iubilæum exponere, & eius in-
dulxit potiri. Quia iuste potest de Superioris vo-
luntate præsumere. Tunc autem Missio absque
Superioris licetia fieri non dicitur; iuxta doctrinam
Nauarra, Vualdi, Sa, Armi, Valensi, Medi-
Angi, quos citat Sanc. l.7 sumc. 19. n.4. Quod
intellexerim etiam Superiori adiri facultatemque
absque periculo in mora valeat exposci. Ita cum
Doctor Sanchez citatus n.s.

256
*Hoc mihi cer-
cum.*

Ex constitutione Societatis hoc mihi certum
In declarationibus *Constitutionis* 7.c.2. §.1. Sic:
*Particularibus autem securius est, si cum Superiorum
suum suorum obedientia, quam si pro arbitriatu suo
(etiam si id possit) non ab ius missi proficiatur.*
Idem astero, si a Superiorib. missi, alia ab assi-
gnatis loca peragrent rationabilius causam, v.
g. quia in oppido assignato comperiunt, paulo ante
Missionem factam fuile, aut illius incolas ita
negotiis, litibus, seditionibus, aut occupationibus
distractos, seu Parochos ita contradicentes, vt
nullus, vel exiguis fructus ex nostris ministeriis
speretur. Tunc non est dubium, quin Missionum
Iubilæum in aliis locis præter signata promul-
gari, & obtineri valeat ex præsumpta Pontificis,
ac Superiorum facultate. In Regula 12. Mis-
sionis dicitur: *Si in locis designatis dominus residen-
dum erit, excusione aliquas facere, si eas cum fru-
ctu fore iudicabunt non erit inconveniens.* Igitur
quilibet Societas quocumque diuerterat præ-
sumptam fert Superioris mittentis ad nostra mi-
nisteria voluntatem.

PROBL. LXVI.

*Possunt, & non possunt fieri Missiones in-
tra Ciuitates, & Oppida vbi domos aut
Collegia Societas habet.*

257
Non potest

QVINQUE ab hinc annis in hac Vallisoletana
Urbe, vbi tria Collegia Societas habet, fa-
publicari hoc. Et a fuit Missio non sine ingenti opnium plausu
Iubilæum in frequentia, & fructu. Sed aliquem hæficiantem
loci, vbi Soc. vidi nūm propriæ fuerit Missio, pro qua hoc
terras Collegiæ Iubilæum conceditur. Igitur hoc Iubilæum
in Oppidis, vbi adeat Societatis Collegium obti-

neri non potest. Quia *Mutii* in vnum locum, est,
ex uno in alium proficiunt. Hinc Cap. 3. p.7. Con-
situunt, in quo de Missionibus agitur, inscribitur,
De libera ad banc, vel illam partem profellione. c. 2.
§.1. dicitur: *Prepositus Generalis in huiusmodi
Missionibus, curerit, in suis ad banc potius, quam
ad illam partem mittendis.* Et in declaracione ibi:
*Mittere quoquācūc eis videbunt, inter fideles,
etiam in Indos, & inter infideles.* Et quia Ponti-
fex ait: *Iubilæum concedere iis, ad quos Reli-
gioosi Societatis accesserint, Accedere autem ad
alium, est ex aliquo loco diffanti ad illum peruen-
ire.* Et quia Missionum ministeria necessaria
non sunt in locis, vbi Societas domos habet, cùm
fine Missionibus ea à nostris in eis exerceantur,
& nullius in alijs locis sint. Ergo pro illis non est
Iubilæum concessum satis probabilitatis hæc
sententia doctorum iudicio, quos exaudiui, ex-
ponit.

Potest hoc Iubilæum publicari, & obrineti in
Oppidis, vbi Societas Collegium habet. Quia *Publicari po-
vt verba Missio, & Mittere verificantur, sufficit,*
quod aliquid, vel aliquis mittatur de domo in
domum, aut de persona in personam. Sic David
2. Reg. 11.4. cum de solario domus Regiae Bert-
fabem lauantem se ex aduerso videlicet, *Missio
nuncius ad eam, tulit eam.* Ergo etiam si operari
Societatis sint intrâ eandem Ciuitatem conve-
nienter in praesenti mitti dicuntur de domo So-
cietatis ad Parochiam, & de yna ad aliam. Et licet
primario, & per le Societatis Missiones iuxta il-
lius institutum sint ad loca, vbi Societas non re-
sideret, non tamen instituto repugnat, vt si in lo-
cis, vbi commoratur. Hinc in Declarationib. Con-
stitutionum, qui eandem autoritatē ac vim ha-
bent ac ipsa vt constat ex p.6.c.1. D. Pater Ignatius p.7.c.2. de Missionibus agens ait: *Vbi ma-
gias deberimus, vt in locis, in quibus domus, vel Collegia
Societatis, vel aliqui ex eas, qui student & benefici-
tia procul inuanter (si paria effent cetera, qua ad
spiritualem profectum attinent) magis conuenient,
aliquis nostros Operarios versari (julicet in Mis-
sionibus) & huiusmodi loca tandem ob causam in-
tia ordinatio perfecta charitatis aliis preferre.* Vnde
R.P.N. Generalis Mutius Vitellesius, qui no-
strum apprimè caluit institutum conscientis Mis-
sionum huiusmodi, quæ in Provincia Berica gestæ
fuerant annis Superioribus in Vrbibus Hispalensi,
Cordubensi, Granatensi, vbi Societas domos, &
Collegia habet, magnopere eas laudavit, ad ea
rūmque prosecutionem nos suis ardenter ex-
citauit Epistol. 259

Minime dubitavi, num deberem huic sententia
adhædere, sciens *Mutii*, aut *Accedere* haud
neccesari distantiam Oppidorum eius qui mit-
titur, aut accedit: & illius, ad quem fit missio, aut
accedit importat. Sed intra eandem Urbem, &
Domum vnu dicitur ad alium mitti, & accede-
re. Certè experimento ostenditur, ingenitem fru-
ctum in his Missionibus percipi: cùm ministeria,
qua in illis exerceantur, serventiora sint iis, quæ in
Temptis nostris exponuntur: & quid peculiarius
per se ferant, dum quotidie doctrine Christianæ
edocendo crebris concionibus, & conciunculis
detinuunt opera in quibus validis rationibus, & exem-
plis diuina Misericordia, ac Iustitia peccatores
ad Penitentiam alliciuntur.

LIBER